Quarto p̃ncipaliter circa cõſensum cõſide rare debem? exceſſum grauedinis · ¶ Ad cuius euidẽtiã nota q̃tuor · Primũ est q̃ tam culpa q̃ pena p̃ncipaliter imitat̃ conſenſum · Jta dr̃ in decreto causa · xv · q · j · nõ ẽ q̃ cui q̃ no ſtrũ aſcribam? erũnã niſi noſtre volũtati · Et itez ibidẽ nemo veſtrũ tenet̃ ad culpã niſi ꝓpria volũ tate deflexerit · Et itez ibidẽ nõ habẽt crimẽ que inferũt̃ reluctãtibo & nõ ɔſentiẽtibo · ¶ Bedm ẽ q̃ nõ p̃deſt alicui nec excuſat̃ a culpa & pena ſuo erroze nõ polluí qui alieno cõſentit · Jta dicit̃ ibi dẽ di · lxxxix · Quid em̃ p̃deſt illi ſuo erroze non polluí qui cõſenſum p̃ſtat errãti · ¶ Terciũ est q̃ faciẽs pcm̃ & cõſentiẽs in pcm̃ tã in culpa q̃ in pena ſunt pares · ita dr̃ ibidẽ di · lxxxvj · faciẽtis p̃cul dubio culpã habet qui quod corrigere poteſt negligit emendare · hoc quo ad culpã · Et ibidem infra · nihil p̃deſt alicui nõ puniri ꝓprio qui puni endus est alieno peccato · hoc quo ad penã · quod p̃bat autoritate apoſtoli dicẽs · Scriptũ quippe est ad ro · j · nõ ſolũ qui talia agũt vel faciũt digni ſũt morte · eo q̃ anima que peccauerit ipa morie t̃ vt dr̃ ezechielis · xviij : ſed etiã qui cõſentiũt faci ẽtibo vel cõſenſu negligẽtie cũ deberẽt repr̃hẽdẽ & ſilent · vel cõſenſu adulationis cũ talia faciẽtes cõ mẽdãt · vel ɔſenſu cõſilij cũ ad peccãdũ ɔſiliũ p̃bẽti vel ɔſenſu autoritatis · cũ mala faciẽtibo autorita tem p̃ſtãt · vel cõſenſu coopationis cũ ad peccãdũ adiuuãt · Et ideo a talibo ſemp̃ ẽ recedẽdũ · nume ri · xvj · Recedite a tabernaculis hominũ impior̃ ne inuoluamini cũ eis · ¶ Quartũ ẽ q̃ q̃uis oñes q̃ dictis modis ɔſentiũt peccẽt & puniri debeãt · tñ in ḡuitate iſtor̃ criminũ & p̃ cõſequẽs pnar̃ est darẽ gradũ quod de ſingulis patet · Primo eĩ defendẽs pcm̃ plus peccat q̃ conſentiẽs ſolũ vel faciẽs · Jta dr̃ in decreto causa · xj · q · nj · q̃ cõſentit infra hinc etiã quidã ſanctus pater ait · Bi quis peccãtẽ defendit acri? q̃ ille qui peccauit coerce at̃ · Decdo p̃cipiẽs pcm̃ plus ceteris peccat ita dr̃ ibidẽ causa · xj · q · nj · Bi quis p̃hibet nobis quod a dño p̃ceptũ ẽ : vel rurſus impat qđ a dño fieri p hibet̃ execrabilis fit oñibo qui diligũt deũ · Ter cio fauorem peccãdi p̃bens plus peccat q̃ nõ p̃hi bens cõmittẽdũ vel nõ corrigẽs & puniẽs cõmiſ ſum · Vñ in decreto causa · xxnj · q · v · sic dicit̃ · q̃ vicijs nutriẽdis parcit & fauet ne cõtriſtet peccã tiũ volũtatẽ : tam nõ ẽ miſericors q̃ qui non vult cultr̃ rape puero ne audiat plorãtem & nõ timet ne vulneratũ doleat aut extinctũ · Vbi nota · q̃ fauere alicui in crimine est vel conſiliũ vel auxiliũ ferre ſine quibo ali? nõ feciſſet illud pcm̃ · & hoc ẽ ipm defendẽ & p cõſequẽs cõmunicare crimino ſo in crimine · vt habet̃ in ſumma ɔfeſſor̃ li · nj · ti · xxxnj · de ſumma p̃cepti diffinitionis & excõmu nicatõnis · q · cxxij · q̃ pena feriãt̃ p̃ticipãtes cũ ex cõmunicatis in fine · q · Talis em̃ qui fauet vicijs & pcm̃is & peit puniẽdis nõ ẽ miſericors vt in de creto ſup̃ immediate dr̃ ſed crudelis · & ideo iram dei meret̃ · Jta dr̃ · ij · parali · xix · impio p̃bẽs aux ilium & idcirco irã dñi merebaris · Quarto nõ pu niens pcm̃ cõmiſſum ſi pt̃ plus peccat q̃ nõ p̃hi bens vel nõ impediens cõmittendũ inq̃ntũ pcm̃ cõmiſſum plus habet de rõne mali q̃ cõmittendũ · Quinto plus peccat pcm̃ faciẽs q̃ pcm̃ corrigere negligẽs · eo q̃ pcm̃ faciens nullatenus excuſat̃ · negligẽs vero pcm̃ corripe aliq̃lit̃ excuſat̃ & ſi ñ a toto ſaltẽ a tãto · Require infra correctio ·

¶ Quid est conſcientia vel quid ſignificat ·

Onſcientia · ¶ ¶ Ca · p̃mũ

Circa conſcientiam quatuor conſiderare debem? · ſcz ſignificatũ · ortum · actum · effectum · ¶ Pri mo conſiderare debemus conſciẽ tie ſignificatum · Nam conſcien tia ſignificat applicatõnẽ noſtre noticie vl̃ cogni tionis ad aliquẽ actũ particularẽ · Vñ hugo d̃ ſã cto victore li · ij · de anima ca · xij · diffiniẽs cõſciẽ tiam ſic ait · Cõſciẽtia est cordis ſciẽtia · vñ dicit̃ conſciẽtia q̃ſi cũ alio ſciẽtia · Et ſubdit · cor em̃ & ſe nouit ſua conſciẽtia & multa alia · q̃ndo em̃ ſe no uit appellatur conſciẽtia · quãdo p̃t̃ ſe nouit alia appellat̃ ſcientia · ¶ Applicat̃ aũt nr̃a notitia vel cognitio ad aliquẽ actũ p̃ticularem tribo modis · ¶ Primo mõ ſm q̃ cognoſcim? & cõſideramus an act? ſit factus vel nõ · vt cũ dr̃ in cõmuni vſu loquẽdi · hoc nõ ẽ factũ de conſciẽtia mea id est ne ſcio vel neſciui an hoc ſit factũ · ſm q̃ dr̃ gen̄ · xlij · Nõ est in conſciẽtijs noſtris quis poſuerit pecuni am in ſaccis noſtris · vel applicat̃ noſtra cognitio vel ſciẽtia ad aliqđ qđ ſit factũ ſm q̃ dr̃ ecc̄s · vij ·

Scit cõsciẽtia tua q̃ tu crebro maledixisti alijs·
¶ Secõdo modo applicatur scientia vl̃ cogmitõ nr̃a an actus factus sit rect? vel non fm q̃ judicam? hoc q̃d factũ ẽ eẽ bñ factum: vel nõ bene factum·
¶ Tercio modo applicat̃ sciẽtia vel cogmitio nr̃a ad aliquẽ actũ an sit fiẽd? vl̃ nõ·scz fm q̃ p̃ sciẽtiam judicam? an aliquid sit fiẽdum vel nõ fiẽdum Hec bt̃s tho·p̃ma parte sũme·q·lxxix·arti·xm̃ Vtr̃ cõsciẽtia sit potentia vel actus·in cor·q· Et itez̃ in quest·disp̃u·de veritate·q·xvm̃·de cõscientia arti·p̃mo·in cor·questionis·

¶ Vnde oritur conscientia. ¶ Capi·ij·

Secundo principaliter circa ꝺscientiã considerare debem? ortũ scz vñ ꝺscientia oritr̃ Nam cõscientia ex naturali judicio rõnis q̃d dicit̃ lex intellect? ẽ deducta: & derivata vt q̃ dam cõclusio·vbigr̃a· Fit em̃ in animo vel mente hominis q̃si quidã silogism?·cuius maiorem p̃mittit synderesis dicẽs oñe malũ esse vitãdum· Minorem vero ist̃ius silogismi assumit ratio sup̃ior dicẽs· Adulteriũ ẽ malũ· q̃a vel ẽ iust̃ũ vl̃ ẽ inhonest̃ũ· Conscientia vero ifert cõclusionẽ dicens & cõcludens ex sup̃dictis ergo adulteriũ ẽ vitãdum Et p̃pter hoc dicit̃ cõscientia q̃si ꝺcludens scientia eo q̃ cõscientia virtute sup̃dictor̃ scz synderesis rationis sup̃ioris & rõnis inferioris cõclusionẽ ifert Hec b·t·ij·scri·sen·di·xmj·arti·mj· An ꝺscientia sit actus·in cor·q·iuxta p̃ncipiũ. Re·infra Synderesis & infra Ratio sup̃ior & rõ inferior·

¶ Q̃ triplex est officiũ vel act? cõsciẽtie· Ca·ij

Tercio circa conscientiã cõsiderare debem? actũ· Nã triplex est officiũ seu act? ꝺscietie· scz testificari· accusare vel excusare·ligare vel absoluere· ¶ Primus act? cõsciẽtie ẽ testificari de p̃terito: inq̃ntum cõsciẽtia phibet testimoniũ fiẽ illud in quo est scriptũ quod testificat̃ sive bonũ sit sive malũ· Vñ apostol? ad ro·ij· Testimoniũ reddẽte illis conscientia eor̃ ¶ Secũd? act? conscientie ẽ accusare vel excusare· reprehendere & remorꝺere de malo cõmisso & de bono omisso· Vñ apo·ad ro·ij· Inter se invicẽ cogitatõnũ accusatiũ aut defendẽtiũ in die judicij cũ judicabit dñs occulta· ¶ Tercius act? conscientie ẽ ligare· Nã conscientia obligat ad pcẽtm· Ita dicit apost·ad ro·xmj· Oñe quod nõ ẽ ex fide pcẽtm ẽ· sup̃ quo vbo ambro·in glosa sic ait· Oñe quod fit etiã si in se vel de se sit bonũ· tñ si nõ ẽ ex fide: id ẽ si sit contra fidẽ vel otra ꝺscientiã vt credam? malũ eẽ: pcẽtm ẽ· Et subdit· nõ tñ oñe q̃d fit cũ fide bonũ: q̃a ignorãtia q̃ ẽ ex culpa nocet· Hec beat? tho·p̃ma pte sũme·q·lxxix·arti·xm̃· Vtr̃ conscientia sit potentia vel actus in cor·q· Et itez̃ in questionibo disp̃u·de veritate·q·xvij·de cõsciẽtia ar·p̃mo in cor·q· Et itez̃ p̃ma scde·q·xix·arti·v· Vtr̃ volũtas discordãs a ratõe sit mala·ãgu· contra·& in cor·q· Si vero aliter vis p̃cedere dicas q̃ triplex est actus cõscientie· scz testificatio·examinatio·cõsiliatio· ¶ Primus act? cõsciẽtie ẽ testificatio inq̃ntũ ꝺsciẽtia testificat̃ an aliq̃d sit factũ vel nõ factũ· Vñ apostol? ad ro·ij· Testimoniũ reddẽte illis cõsciẽtia sua·dicit̃ aũt conscientia esse testis factor̃ vel non factor̃: inq̃ntũ cõsciẽtia retinet illud cõtra quod volũtas fecit: q̃si volũtatẽ accusãs de eo q̃ sibi nõ obedivit· Sicut expomit bea·tho·autoritatẽ apostoli·ij·scri·sen·di·xxxix·arti·ij· Vtr̃ cõsciẽtia possit vnq̃ errare·i solu·p̃mi argu· ¶ Secũs act? ꝺsciẽtie ẽ examinatio inq̃ntũ ꝺsciẽtia examinat que iam facta sunt: an sint recta vel non recta·vel non facta vel non bene facta· Et quãdo p̃ examinationẽ invenit̃ illud quod factũ est discordare a conscientia a qua examinat̃ dicit̃: conscientia remorꝺere vel accusare· Quãdo aũt invenit̃ illud quod factũ ẽ p̃cessisse fm formã conscientie vel sciẽtie dr̃ cõsciẽtia defendere & excusare· ¶ Tercius act? conscientie est consiliatio· nam ad conscientiã spectat consiliari de rebo faciendis· Et cũ p̃ cõsiliũ invenit̃ an aliq̃d sit faciẽdũ: fm hoc conscientia dr̃ instigare vel ligare· Cum aũt conscientia p̃ consilium invenit quod non sit faciendũ· fm hoc conscientia dr̃ absoluere vel retrahere· Hec bt̃s tho·in questionibo disp̃u· de veritate vbi sup̃ in cor·q· Ita q̃ testificatio cõsciẽtie ẽ solũ de p̃teritis an sint facta vel non· Examinatio est nõ solũ de p̃teritis factis sed etiã de futuris an scz facta & fienda sint bona vel non recta vel nõ recta· Cõsilium aũt ẽ tm̃ de faciẽdis vt dicit bt̃s tho·ibidem supra immediate· ¶ Ex p̃missis igit̃ potes cõcludere q̃ conscientia triplicẽ actũ seu vtutẽ habet·scz dictamimis·examinis· ligamimis· Primo cõsciẽtia habet vtutẽ dictamimis dictat em̃ conscientia an aliquid sit factũ vel nõ Et fm hoc dr̃ conscientia testimoniũ phibere· vtz ex dictis· Vbi nota·q̃ dictamen conscientie nihil aliud ẽ q̃ p̃uentio p̃cepti diuini ad eũ qui conscientiam habet vt dicit bt̃? thomas in questionibo disputatis vbi sup̃ articulo·mj·in solu·ij·argu· Secõdo conscientia habet actũ seu vtutem examinis habet em̃ conscientia examinare an illud quod factum est sit rectũ vel non rectũ bonum vel nõ bonum: & fm hoc dr̃ cõscientia defendere accusare vel excusare· Tercio conscientia habet actum seu virtutem ligamimis inq̃ntum conscientia astringit voluntatem vt non possit sine nocumento deformitatis in aliud tendere q̃ ratio vel conscientia judicet· Vnde sicut ligatus corporaliter necessitatem habet consistendi in loco vbi est ligatus: & aufertur ei potestas alium locum divertendi· q̃a non potest ire· Ita conscientia & quo ad velle & quo ad facere· quia non potest aliud velle vel facere q̃ conscientia sibi dictat· sive conscientia recte judicet sive non vt dicetur Infra &c̃·

¶ Q̃ conscientia errat duobo modis· ¶ Ca·mj·

Quarto ꝑncipaliter circa ꝺscientiam cõsiderare debem⁹ effectũ. Ad cuius euidentiã nota quatuor. Primo defectũ deuiationis scz quõ ꝺscientia errat. Secdo modum obligatõis. scz quõ conscientia ligat. Tercio excessum cõpatõis. scz quid magis obligat an ꝺscientia an ꝑceptũ ꝑlati. Quarto cumulũ vel augmentum afflictionis. scz que pena magis aiam̃ cruciat vel pena gehenne vel pena carẽtie visionis diuine vl̃ pena cõscientie. Ita ꝙ ꝺscientia ꝙtuor ista facit. scz errat. ligat. superat. vexat vl̃ cruciat. ¶ Primo circa ꝺscientiã cõsiderare debemus modum deuiatõis scz quõ ꝺscientia errat. & ꝙntũ ad hoc dico ꝙ conscientia errat duobꝫ modis. scz ex falsa assumptõe & ex falsa applicatõne. Primo conscientia errat ex falsa assumptõe. puta ꝙndo aliqs assumit aliqd̃ malũ vl̃ falsũ tã ꝙ bonũ vel tã ꝙ verũ. vbigra. vt hiis qui occidebãt apostolos dictabat cõscientia ꝙ ex his placerent deo. vt dicit̃ ioh̃is. xvj. venit hora vt oñis qui interficit vos ãbitret̃ obsequiũ se prestare deo. Vel ꝙndo sinderesis dicit oñe ꝓhibitũ a deo ẽ vitandum. conscientia aut fundat̃ in hoc ꝙ iuramẽtũ sit a deo ꝓhibitũ. & ideo falso credit illud esse vitãdũ. cum ante ꝓmittat se mori ꝙ̃ iuret vt heretic⁹ facit. ¶ Secdo modo errat cõscientia ex falsa applicatõe. sic̃ quãdo ex aliquibꝫ veris aliqua cõscientia erronea fo3mat̃. verbigra vt ex hoc ꝙ deus ẽ sup oñia diligend⁹: aliquis ifo3mat sibi hãc ꝺscientiã. scz ꝙ nihil pt̃ diligi simul cũ deo. Quedã aũt ꝺclusiões sũt in quibꝫ ita plene relucẽt ꝑma ꝑncipia ꝙ oandoꝝ ꝙ circa ea conscientia errare non pt̃. sicut deũ nõ esse diligẽdũ: malũ scienter esse faciẽdũ & huiusmodi. Dicut ĩ speculatiuis nõ contingit errare circa cõclusiones ĩ qbꝫ directe relucẽt ꝑma ꝑncipia. sic̃ nõ pt̃ aliquis credere ꝙ hoc totũ nõ sit maius sua pte. Ita cõscientia circa quedã nũqꝙ errare pt̃: & circa quedã pt̃ errare & errat vtz ex supdictis. Dec. b. t. in questiombꝫ disputatis de veritate. q. xvij. de cõscientia arti. ij. Vtꝝ cõscientia aliqndo possit errare in coꝛ. q.

¶ Qꝝ cõscientia ligat & quõ ¶ Ca. v.

Secundo circa effectum conscientie considerare debemus modum obligationis scz quomodo conscientia ligat. Vbi nota. ꝙ cõscientia nõ obligat in vtute ꝓpria. sed in vtute ꝑcepti diuini. quod patet. Quia cõscientia nõ dictat aliqd̃ faciẽdũ vel nõ faciendũ hac rõne ꝙa sibi videt̃ vel nõ videt̃. sed hac rõne ꝙa ẽ a deo ꝑceptũ vel ꝓhibitũ. vt dicit. b. t. ij. scri. sen. di. xxxix. arti. ij. Vtꝝ ꝺscientia errãs obliget. ĩ so. ij. argu. Nullus aũt ligat̃ ad ꝑceptũ aliqd̃ nisi mediante scientia vel noticia illius ꝑcepti. & ideo ille qui nõ est capax noticie ꝑcepti nõ ligat̃ ꝑcepto. nec aliquis ignoras ꝑceptũ dei ligat̃ ad ꝑceptũ faciẽdũ nisi ꝙten⁹ tenet̃ scire ꝑceptũ. si aũt nõ tenet̃ scire nec sciat: nullo modo ex ꝑcepto ligat̃. Vñ sic ĩ coꝛpalibꝫ agens coꝛpale nõ agit nisi ꝑ cõtactũ. Ita etiaz in spiritualibꝫ ꝑceptũ non ligat nisi per sui scientiã vel noticiã. Et ideo sicut ẽ eadẽ vtus qua tact⁹ agit & qua vtus agẽtis agit. & tñ tact⁹ nõ agit nisi in vtute agentis. & vt⁹ agẽtis nõ agit nisi mediante tactu. Ita etiã eadẽ vtus est ꝙ ꝑceptũ ligat & qua scientia ligat cũ ꝑceptũ non liget nisi ꝑ vtutẽ scientie vel noticie. nec scientia vel noticia ꝑcepti liget nisi ꝑ vtutẽ ꝑcepti. vñ cũ cõscientia nihil aliud sit ꝙ̃ applicatio noticie ad actum vtz sup̃. cõstat ꝙ cõscientia ligare dr̃ in vtute ꝑcepti diuini. Dec bea. tho. ij. scrip. sen. vbi sup̃ immediate arti. ij. in coꝛ. q. in fine. ¶ Et quia ꝺscientia obligat in vtute diuini ꝑcepti vtz. ideo si aliquid apprehẽdat̃ a dictamine rõnis vt directe cadens sub ꝑcepto. mortalit̃ peccat omittens illud quod ꝺscientia sibi dictat etiã si sit veniale vel ĩdifferens Si aũt nõ apprehẽdat̃ vt directe cadens sub ꝑcepto vl̃ ꝓhibitione. tũc nõ fit directe ꝺtra cõscientiã sed ꝑter scientiã. & ita nõ peccat̃ mortalit̃ sed venialit̃ vel etiã nullo modo. sic̃ quãdo cõscientia dictat alicui quod bonũ ẽ facere aliquod opus cõsilij si nõ faciat nõ peccat. ꝙa nõ apprehẽdit illud vt bonũ debitũ & necessariũ ad salutẽ & ꝑcepto subiacẽs. Dec bea. t. ij. scri. sen. vbi sup̃ arti. ij. in so. vj. argu. ꝑ totũ. Ita ꝙ aliud ẽ facẽ cõtra cõscientiã & aliud ꝑter cõscientiã. nã cõtra ꝺscientiã agit̃ cũ fit scienter vel ꝓbabiliter quod ꝓhibet̃ fieri vel cũ nõ fit quod ꝑcipit̃ fieri & hoc ẽ peccatũ mortale ꝑter vero conscientiã fit & si aliquid facit qd̃ nouit esse malũ nõ tñ dictat sibi cõscientia illud esse ꝓhibitũ vel si omittit aliquod bonũ quod nõ ẽ ꝑceptũ tũc venialit̃ peccat vel nullo modo. vt patet ꝑ ex ẽpla bti thome sup̃ immediate. Dec alex. ij. pte sũme. q. xxxv. de ꝺscientia arti. v. Vtꝝ in oñi peccato sit fieri cõtra cõscientia m in solu. j. argu.

¶ Vtꝝ magis liget conscientia ꝙ̃ ꝑceptũ ꝑlati.

Tercio principaliter circa ¶ Capi. vj. effectũ conscientie considerare debem⁹ excessum cõpationis. scz quid magis obligz an cõscientia. an ꝑceptum ꝑlati. Et ꝙntũ ad hoc dico ꝙ dictamẽ cõscientie plus obligat ꝙ̃ ꝑceptũ ꝑlati. quod tali rõne oñdo. Conscientia nõ ligat nisi in virtute ꝑcepti diuini vtz in ca. ꝑcedenti in ꝑncipio. sed preceptum dei magis obligat ꝙ̃ preceptũ prelati. ꝙ̃ ligamen cõscientie maius est ꝙ̃ ligamẽ ꝑcepti prelati. Et ideo cõscientia subditi ligabit ꝑcepto ꝑlati etiã in contrariũ existente. vt dicit bt̃s tho. ij. scri. sen. di. xxxix. arti. ij. Vtꝝ cõscientia errãs obliget in solu. ij. argu. Et itez in questiombꝫ disputatis de veritate. q. xvij. de cõscientia arti. v. in coꝛ. q. ¶ Sed forte argues in oppositum scz ꝙ ꝑceptũ ꝑlati plus obliget ꝙ̃ ligamẽ vel dictamẽ cõscientie tali rõne. mandatũ superioris plus ligat ꝙ̃ mandatũ inferioris. quod ptz. quia mãdatũ supioris absoluit a mãdato inferioris. sed ꝑlati spũales ꝑsunt ipis animabꝫ subditoꝝ. ita dr̃ ad ro. xij. cñis anima sublimioribꝫ

potestatibo subdita sit · Glosa · mandatū supioris ab soluit a mandato īferioris · ergo magis ẽ obedi ẽdū plato ꝙ̄ conscīẽtie · & sic magis ligat p̄ceptū plati ꝙ̄ dictamẽ ɔscientie · Respōdeo & dico · ꝙ cō scīẽtia recta plus obligat ꝙ̄ preceptū plati vt ptz supᵖ · Et pt̄ sic illa ratio formari : preceptū dei ma gis obligat ꝙ̄ preceptū plati · Sed ɔsciẽtia non li gat misi ī virtute p̄cepti diuini vt patet supᵖ · ergo maius ẽ ligamẽ vel dictamen ɔsciẽtie ꝙ̄ preceptū plati ¶ Sedo hoc idem ofirmo alia rōne sic · plus ẽ obligatoriū mādatū supioris ꝙ̄ mandatū inferio ris · cōscīẽtia recta nullū hꝫ iudicẽ supra se pt̄ deū prelatus vero potest habere iudicẽ supᵖ se preter deum scz plātū aliū · ergo cōscīẽtia recta est supe rior index ꝙ̄ sit prelatus · & sic plus obligat con scientia ꝙ̄ preceptū prelati · Dico igit̄ ꝙ in his q̄ sūt ꝓhibita vl̄ precepta a deo : ɔsciẽtia recta pl? obligat · eo ꝙ obligat ī virtute precepti diuini qđ est maius precepto plati · Vñ in talibo cōscientia recta ẽ iudex immediate sub deo ita ꝙ nullū habz iudicem supᵖ se alium a deo · In īdifferentibo aūt p̄ceptū prelati plus obligat ꝙ̄ ɔsciẽtia · Vñ licet ɔscientia subditi sit iudex · nō est iudex immediate sub deo nisi quo ad ea que precipit vel prohibet de? · In alijs aūt scz ī indifferẽtibo ɔsciẽtia subditi habet plātū supᵖ se & ideo fm discretionẽ prelati formari debet · nam subditus nō habet iudicare de p̄cepto plati : sed ꝺ impletõe p̄cepti q̄ ad ipsū spe ctat · Dec · b · t · in questi · dispu · de veritate de cōsci entia · q · xvij · arti · v · ī solu · mj · argu · Vñ secula res debẽt seq̄ sentẽtiā platoꝝ in his q̄ ad cathedrā spectāt · sicut dr̄ math̄ · xxiij · Quecūq; dixerīt vo bis facite · Religiosi vero qui renunciauerūt ꝓpe volūtati & ꝓprio sensui tenẽt sequi sentẽtiā plā toꝝ vel mādatū eoꝝ in his que nō sunt cōtra deū vel cōtra regulā · vel cōtra ɔstitutiones · vel ɔtra or dinatōnes capituli generalis · Cauere tñ debent plati ne īdiscrete p̄cipiāt ꝓpt̄ piculū cōscīẽtiaruz subditoꝝ · Dec Alex · ij · pte sūme · q · xxxv · arti · ij · Vtz ɔsciẽtia magis liget ꝙ̄ p̄ceptū plati · in cor · q · & in solu · ij · argu · ¶ Et q̄a dictū ẽ supᵖ & ꝓba tū ꝑ rōnes q̄ten? conscīẽtia recta plus obligat ꝙ̄ p̄ceptū plati : Queres vtz cōscīẽtia erronea plus obliget ꝙ̄ p̄ceptū plati · Respondeo & dico · ꝙ ex vna pte obligatio ɔscientie erronee ẽ maior quia intensior ꝙ̄ sit obligatio p̄cepti · eo ꝙ talis consci entia scz erronea q̄diu durat plus obligat ꝙ̄ pre ceptum prelati · Ex alia vero pte obligatio que ẽ ex ɔscientia erronea est minor quia solubilior · Nā obligatio erronee conscientie deponi debet sicut & ipa conscientia erronea · Obligatio vero illa que est ad prelatum solui vel deponi non potest · Tuz quia licet precipiat prelatus subdito ī differentia tamen ex dictamine conscientie fiunt non indiffe rentia · ita ꝙ illud quod per se est indifferens · fit non indifferens · Tum quia subditus non ha bet iudicare de precepto prelati · sed de impletiõe p̄cepti que ad ipm spectat · Vnusquisq; em̄ tenet actus suos examinare ad scīẽtiā quā a deo habet siue sit naturalis siue acq̄sita siue infusa · omis em̄ homo debet fm rationẽ agere · Dec bt̄s tho · in q̄ stio · dispu · de veritate de ɔscientia · q · xvij · arti · v Vtz cōscīẽtia in īdifferentibo plus ligat ꝙ̄ pre ceptum prelati vel minus · in cor · q · & solu · j · ij · & · mj · argu ·

Qz error ɔsciẽtie causat̄ ex septẽ causis · Ca · vij

Ad maiorẽ tñ euidentiā p̄dictoꝝ circa cō scīẽtiā nota tria · scz Causam erroris · Ef ficaciam vigoris · Differentiam vtutis · ¶ Primo nota causam erroris · Nam error consci entie causat̄ ex septem causis · ¶ Primo ex ig norātia : ex eo em̄ ꝙ ratio apprehendit malū sub ra tione bonī · & bonum sub ratione mali sequit̄ error in conscīẽtia & peccatum in voluntate · Vbi nota ꝙ duplex est ignorantia · scz facti & circumstan tie · ¶ Primo ẽ ignorantia facti · scz legis dei quam quis scire tenet̄ · Vñ voluntas concordans cōsci entie erranti circa legem vel p̄cepta dei semp est mala · verbigrā · Si conscientia errans dicat ꝙ homo tenet̄ ad vxorẽ alterius accedere · tūc volū tas cōcordās conscientie sic erranti est mala · Cui? ratio est · quia ignorantia eius quod quis scire te net̄ qualis est ignorantia legis est mala quia est voluntaria · Et dicit̄ talis ignorantia voluntaria eo ꝙ in ea voluntas directe fert̄ · sicut cū aliquis studiose vult nescire aliqua vt liberius peccet · vt dicit beatus thomas p̄ma scde · q · lxxvij · arti · mj · Vtz ignorantia excuset peccatum · in cor · q · Se cūdo est ignorantia circūstantie & tunc error cō scientie qui ex ignorantia causat̄ excusat volun tatem ne sit mala sequens conscientiam sic erran tem · verbigratia · Si ratio vel conscientia errat ī hoc ꝙ credat aliquam mulierem submissā esse su am vxorem & ea petente debitum vult eā cogno scere · excusatur voluntas eius vt non sit mala · Cuius ratio est · quia error iste causat̄ ex igno rantia circumstantie que inuoluntarium causat · Dec beatus tho · p̄ma scde · q · xix · arti · vj · Vtz voluntas cōcordans rationi vel conscīẽtie errāti sit bona in cor · questionis in fine · ¶ Secundo error conscientie causat̄ ex negligentia sicut cum aliqs propter laborem vel propter alias occupationes negligit addiscere vel ab alijs querere & scire il lud per quod a peccato retraheret̄ · Tunc enim ig norantia eius quod quis scire tenetur propter ta lem negligentiam est voluntaria · Vnde volūtas concordans conscientie erranti ex negligentia sci endi quod scire tenetur mala est vt dicit beatus thomas p̄ma scde · q · xvij · arti · mj · Vtz ignorā tia excusat peccatum · in cor · questionis · ¶ Ter cio error conscīẽtie causat̄ ex supbia · scz quando quis non humiliat intellectum suum vt velit me lioribus prudentioribus & superioribus credere ·

Nam cõscientia subditi ī indifferentibꝫ tenet fm discretionẽ prelati formari vt patet ca. precedẽti. ¶ Quarto error cõsciẽtie causat ex nimia vel ex inordinata sui benivolẽtia. ex eo enim qꝫ aliquis nimis seipm diligit iclinat & precipitat cõscientiã ad illud qđ appetit. & sic eã facit precipitare & a sua rectitudine declinare. Vñ seneca. perit omne iudicium cũ res transierit ī affectũ. Talis enim scientia diligẽtis seipsum ẽ minus larga. & ideo est cauenda eo qꝫ efficit specialiter tria mala. Primo enim cõscientia minus larga facit pusillanimitate qua quis timet nõ timenda fm rectum iudiciũ rõnis: & talis cõsciẽtia ẽ nimis stricta. & ideo ẽ vitanda eo qꝫ efficit tria mala. Primo enim facit de bono malũ & de festuca trabẽ. scz de leui pcto graue. Secđo generat desperatõnem. Tercio damnat saluandum. ¶ Sexto error scientie causat ex pplexitate id ẽ ex q̃dã dubietate ex q̃ quicqđ fiat sequit inevitabilitas vel necessitas peccãdi. puta cũ videt se hõ inter duo & qđcũqꝫ fecerit impossibile ẽ non peccare: vt patebit sequẽti ca. Dis enim sex modis error cõscientie semp est reprehensibilis: & voluntas sequens scientiã sic erratem semp est mala vt patet ex dictis. ¶ Septimo error cõsciẽtie causat ex humilitate & cordis puritate. Vñ grego. in epistola ad augu. anglorꝫ episcopũ sic ait. bonarꝫ mẽtiũ ẽ ibi culpas agnoscere vbi culpa nõ ẽ. Ad cuius autoritatis evidentiam vel intellectũ nota qꝫ aliud est cognoscere id ẽ formidare vel credere se culpabilẽ vbi culpa nõ est: & aliud est dicẽ se culpabilem vbi culpa nõ ẽ. Primo enim cognoscere id est formidare se culpabilẽ vbi culpa nõ ẽ: est bone mẽtis. Cuius rõ ẽ quia ad bonitatem mẽtis ptinet vt homo ad iusticie pfectõnẽ tendat. & ideo ī culpã reputat nõ solum si deficit a cõmuni iusticia qđ vere culpa ẽ sed etiã deficit a pfectõne iusticie qđ q̃ndoqꝫ culpa nõ est. Nõ aũt culpã eẽ dicit: qđ p culpa nõ recognoscit. cuius rõ ẽ. qa dicere esse culpã vbi non recognoscit culpã ad mẽdaciũ ptinet & ad viciũ yrome. Dec. b. t. scda scde. q. cxnj. ca. pmo. Vtꝫ yromia p quã aliquis minora de se fingit sit pẽtm. in so. ij. ãgu. vbi bt? tho. autoritatẽ. beati gre. pdicto modo exponit. Re. etiã autoritatis hm? expositionẽ fm btm thomã alio mõ sup cõfessio ca. j. vbi q̃rit vtꝫ liceat cõfiteri pẽtm quod quis nõ fecit. ¶ Qꝫ ligatio scie pt itelligi q̃tuor modꝫ. Ca. vnj

Ecũdo circa cõsciẽtiã nota efficaciã vigoris. Nã cõscientia recta vel erronea ligat volũtatẽ ad aliquid faciẽdũ vel omittendũ. ¶ Vbi nota. qꝫ ligatio consciẽtie quatuor modis pt intelligi fm qꝫ quatuor modis aliqs pt ligari seu cõstringi. Primo p modũ coactõnis & sic nec consciẽtia nec aliqđ aliud pt ligare hoiez Cui? rõ ẽ. qꝫ cũ voluntas sit libera & suiipi? dña a nullo cogi potest. ¶ Secđo aliqs ligari potest p modum suppositionis vel cõditionis scz p moduz consecutõnis alicui? finis. puta si nõ faciat hoc. n sequeret hoc. & sic isto modo cõsciẽtia ligat. quia nisi quis faciat illud quod cõsciẽtia sibi dictat. nõ potest cõsequi finẽ suũ. ¶ Tercio modo ligat aliquid p modũ pncipalis actoris sicut iudex pcipit. ¶ Quarto ligat aliquid p modum instrumentalis agẽtis sicut preco qui velut instrumẽtũ iudicis pceptũ iudicis ad noticiã hominũ deducit. Et si pceptũ regis non pueniret ad populũ nisi aliquo pcone vel pncipe mediante. Tũc si pco vel pnceps diceret. hoc ẽ pceptũ a rege & est ver. tũc dictũ suũ omnes obligaret. & hoc modo cõsciẽtia recta ligat vt statim patebit. Si vero preco vel pnceps diceret hoc est preceptũ a rege: qđ nis nõ esset verũ dictum suum obligaret vt pceptũ regis. ita qꝫ cõtemptores penã merereẽt. & hoc modo erronea cõscientia facit & ligat. Vñ cõsciẽtiã ligare voluntatem. nihil aliud est qꝫ astringere volũtatẽ vt nõ possit aliud sine peccato facere vel omittẽ qꝫ cõscientia sibi dictat. verbigrã. Sic enim ligatus corporaliter nõ pt ad locũ aliũ ire. sic cõsciẽtia ita obligat voluntatem ad aliqđ faciendum vel omittẽdũ qꝫ nõ potest aliud sine nocumẽto deformitatis peccati. Vñ siue rõ vel cõsciẽtia recte iudicat siue nõ volũtas obligat ad faciẽdũ. & si volũtas nõ seqt iudiciũ vel dictamẽ rõnis qđ ẽ consciẽtia act? volũtatis ẽ mal?. vbigrã. Si aliqs puolũtatẽ fugiat qđ rõ vel scientia bonũ dictat ẽ volũtas mala. qa ibi ẽ fuga boni que ẽ mala. & p oppositũ si aliquis velit quod rõ vel cõsciẽtia dictat malũ: tũc volũtas est mala. quia ibi est persecutio mali quod malũ est. Sed forte argues qꝫ licet scientia recta liget non tn consciẽtia erronea ligat. & hoc duplici rõne. ¶ Prima ẽ talis. deus ẽ potentior & maioris autoritatis qꝫ conscientia nostra. Sed deus non pt nos obligare ad peccatũ faciendũ ergo multo min? cõsciẽtia. Rñdeo & dico. qꝫ ideo de? non pt nos obligare ad peccatum faciendũ quia nõ potest errare vt iudicet hoc esse faciendũ quod non est faciendum: conscientia aũt errare potest. & ideo nõ ẽ simile. ¶ Secũda rõ ẽ talis. si tu dicis qꝫ cõsciẽtia erronea ligat tũc talis habens cõscientiam erroneã erit perplex? quia siue faciat aliqđ siue omittat aliqđ de necessitate peccabit. siue faciat fm erroneã cõsciẽtiã siue nõ pcm vitare non poterit quod ẽ incõuemẽs dicẽ. Rñdeo & dico. qꝫ sic in silogisticis vno inconuemẽti dato necesse ẽ alia seq. Ita in moralibꝫ vno inconuemẽti posito necesse ẽ alia sequi. verbigrã. sicut suppositio qꝫ aliquis querat inanẽ gloriã. siue ppter inanẽ gloriam faciat quod facẽ tenet siue dimittat peccabit nec tn ẽ perplex? hoc ẽ nõ ex necessitate peccabit quia radicẽ malã scz inanis glorie pt dimittere sic ẽ in ppto. Nullus enim ẽ perplex? absolute loqndo. sed quodã suppositio scz mala intentione non

est incõuenies aliquẽ esse pplexũ · Instante enim mala intentõe siue fiat actus debitus qui ẽ ī pceptο siue nõ fiat: pẽtm incurrit · similit etiã stante erronea scientia quicqd fiat pẽtm nõ vitatur Sed potest homo & debet cõsciẽtiã erroneã deponere sicut etiã intẽtõnem prauã · Dec beatus thoỳ · scri · sen · di · xxxix · arti · mj · Vtr scientia erronea obliget in cor · q · & in so · mj · & · v · argu Et itez ꝑma scde · q · xix · arti · vj · Vtr voluntas cõcordans rõni vel cõscientie erranti sit bona · ī solu · mj · argu · Et itez in questionibs dispu · de veritate · q · xvij · de scientia · arti · mj · in so · vnj · argu · Or conscientia recta ligat simpliciter · erronea aũt ꝑm quid · Capi · ix ·

Tercio nota differentiã virtutis licet eñ vtraq scientia scz recta & erronea ligz id est obliget volũtatẽ ad aliqd faciendũ Ita ꝙ otrariũ faciẽs ei? qd vtraq scientia dictat peccat · mihilomin? tam aliter ligat scientia recta & aliter cõsciẽtia erronea · qa cõsciẽtia recta ligat absolute & in omnẽ euentũ & semper nec deponi pt · vbigrã · Dic eñ aliqs sciẽtiã habeat de vitãdo adulteriũ · istã sciẽtiã nõ pt deponere sine pcto · quia eo ipõ ꝙ eã deponẽt errãdo gũit peccaret · Cui? rõ est · qa scientia recta dictat volũtati bonũ sub rõne bni · Et ideo ligat volũtatem hoc modo ꝙ obligat vl astringit volũtatẽ in bonũ illud tendere · Dimilit cõsciẽtia recta dictat malũ sub rõe mali · & ido ligat vl astringit volũtatẽ subt fugẽ illud · vñ si aliqs habeat conscientiã de vitãdo aliqd quod ẽ ꝓhibitũ · puta de vitãdo adulteriũ · furtũ vel aliquod huiusmodi · vel de faciẽdo aliqd qd ẽ ꝑceptũ: ista scia sine pcto ñ pt deponẽ · Cui? rõ est · qa in hoc ipõ ꝙ eã deponẽt errãdo gũ ter peccaret · Cõsciẽtia aũt erronea nõ ligat misi ꝑm quid & sub cõditõne · qa nõ ligat misi inqntũ cõscientia erronea credit esse recta · verbigrã · Dic aliquis habeat cõsciẽtiã furãdi vt pascat paupẽ & ñ furat peccat · Cui? rõ ẽ · quia apprehẽdit illud malũ scz furari sub rõne bni · Dimiliter ille cui erronea cõsciẽtia dictat ꝙ teneat ad fornicãdũ qdiu talis cõsciẽtia sibi durat: tenet: eo ꝙ tũc apprehẽdit illud malũ scz fornicari sub rõne bni · Dic aũt furat vel fornicat a peccato nõ excusat · Alias tyrãni qui sanctos occiderũt nõ peccassent: qa arbitrabãt se obseqũ pstare deo · vt dr Johis · xvj · Tamen talis cõsciẽtia remoueri vel deponi pt vel debz absq pcto · vñ nõ obligat semp & in omẽm euentũ fic conscientia recta vt ex ꝑmissis ptz · Dec b · t · ij · scri · sen · di · xxxix · arti · mj · Vtr cõsciẽtia erronea obliget ī cor · q · Et itez ī qstionibs dispu · de veritate · q · xvij · de cõsciẽtia · arti · mj · in cor · q · Vtr vñis id ẽ pena scie fit maior ī dãnatis pena ignis vl pena carẽtie diuine visiõis · Ca · x ·

Quarto ꝑncipaliter considerare debemus cumulũ vel augmẽtũ affectõnis scz q̃ pena magis animã cruciat: vl pena gehẽne vel pena carẽtie visionis diuine: vel pena cõsciẽtie · Vtr scz vermis vel pena cõsciẽtie sit maior in demonibs & animabs dãnatoz aliis duabs penis · Rñdeo & dico · ꝙ pena pt dici maxia in dãnatis tribs modt · Vno mõ quo ad dãnũ & sic pena carẽtie visiõis dine ẽ maxia ītt omes · Vnde chrisỳ · dicit · ꝙ nulla ẽ maior pena dãnatoz q̃ ꝑua ri & separari a visiõe dina · Dcdo mõ pt dici pea cẽ maxia q̃ ad sensũ & sic pea gehẽne ẽ maxia ītt oẽs · Cui? rõ ẽ · qa spm subeẽ corpi ītt oia maxie actiuo & afflictiuo ẽ maxie afflictiuũ ipius spus · Dz demones & aie dãnatoz sũt spũs · Ignis vero int elemẽta & corpa ẽ maxie afflictiuus g̃ &c̃ ·

Tercõ mõ pt dici pea ee maxia q̃ ad inherẽdi modũ · puta qa imediati? inhet · Et sic vermis interior scie cũ sit pena imediate inherẽs ipi spũi ẽ pena maxia int oẽs · Vñ Isidor? de ecclesiastica institutõe dicit · ꝙ nulla pena g̃uior ẽ pena scietie q̃ ẽ in aiabs dãnatoz & in demonibs · Et subdit rõnẽ ibidẽ dicẽs · Mẽs eñ male conscietie ꝓpe his stimulis agitat · Dec Alex · ij · pte sume · q · xxvj de pena demonum & animaz damnatoz que sit maxima inter omnes arti · mj · in cor · q ·

Or conscientia recta est laudabilis & appetenda propter quatuor rationes · Capi · xj ·

Ebt aũt sciẽdũ ad euidentiã ꝑdictoz · ꝙ generaliter loquendo duplex ẽ conscietia Quedã laudabilis & appetenda · quedam vitupabilis & detestanda · Primo eñ ẽ cõsciẽtia laudabilis & appetenda & hoc ꝓpter quatuor causas scz ꝓpter bonitatẽ · puritatẽ · sinceritatẽ · trãquillitatẽ · Est eñ scietia laudabilis & appetẽda · scz cõsciẽtia bona · pura · sincera · trãquilla · Primo eñ cõsciẽtia bona ẽ laudabilis ex ordinatõne affectionis · Dcdo cõsciẽtia pura ẽ laudabilis ex exclusione criminis · Tercõ cõsciẽtia laudabilis est cõsciẽtia sincera sine duplicitate intẽtõnis · Quarto cõsciẽtia laudabilis ẽ cõsciẽtia trãqlla sine remorsione vermis · Primo cõsciẽtia laudabilis ẽ cõsciẽtia bona ex ordinatõne affect? · Vñ ꝑma ad thimo · ꝑmo · Finis ꝑcepti ẽ charitas de corde puro & conscietia bona · dicit eñ ꝑmo finis ꝑcepti · Vbi nota · ꝙ duplex ẽ finis scz finis q̃ · & finis in quo · Primo ei ẽ finis quo qd scit · & sic charitas est finis ommiũ operũ nostroz · Dcdo est finis in quo quiescit · & sic solus deus est finis · Require infra Finis · Et subdit de corde puro · id ẽ ab ombs peccatis & vicijs expurgato · Sed cõtra ꝑuerbioz · xx · dr · Quis potest dicẽ mundum ẽ cor meũ: purus sum a peccato · Rñdeo & dico · ꝙ nullus q̃ntũ ẽ ex seipo · sed hoc ẽ possibile ex dei g̃tia vel dicit de puro corde · id est de puro ītellectu vt nihil mihi deus supra omnia diligat · vt dicit Augustinus ibidem in glosa · Et subiungit de cõscientia bona · quod expomit tribs modis · Primo sic de conscientia bona dirigente intentionem boni operis in finem ommium scilicet deum & cetera

Scdo sic cōscientia bona accipit hic pro spe: vñ
augus·in glosa hic sic ait· Ille enim se ad id quod
diligit puentur esse desperat cui male conscientie
scrupulus inest· Ille aūt sperat qui bonā ꝺsciētiā
gerit·quē vero pungit ꝺsciētia mala retrahit se a
spe· Vbi nota·qꝫ cōscientia recta vel bona habet
spem & certitudinē de vita eēna· Cōsciētia aūt er
ronea nō de q̄ dr̄ pver·x· Spes impiorum pibit
vt exponit bt̄s Tho·in questionibꝫ disputatis de
veritate de cōsciētia·q·xvij·arti·j·in solu·vij·ar
gu· Tercio sic consciētia bona est cui nec rō decep
ta: nec volūtas puersa: nec memoria fuerit inq̄
nata·& talis bonū habitaculū parat deo vt Ber·
sup cātica dicit· Scdo ꝺsciētia laudabilis & appe
tenda ē cōscientia pura ex exclusione crimmis de
qua Eccī·xij bona ē substantia cui nō ē pcm̄ ī cō
sciētia·qꝺ verbū expomitur duobꝫ modis· Primo
sic· bona est substantia id est possessio temporalis
cui nō est pcm̄ in cōsciētia· id est q̄ non ē contra
cōscientiā acquisita vel retēta vel dispensata· vel
cui non ē pcm̄ in cōsciētia neqꝫ ex aquisitōe· neqꝫ
ex retentione·neqꝫ ex dispensatōne· Scdo expom̄
tur sic· bona ē substātia· id est sustētamētū quan
tūcūqꝫ pusillū vel modicū sit bonū ē si possidet cū
bona cōsciētia· & melior q̄m plena dom? victimis
cū turgio· Grego· non est cēsus in crimine sed af
fectus· Jn psal· divitie si affluant &c̄· Tercio
consciētia laudabilis & appetenda est cōsciētia sin
cera sine duplicitate intētōnis· Actū·xxmj· Ctu
deo sine offendiculo consciētiā bonā habere ad deū
& ad homines·vt bona cōsciētia sit per respectum
ad deū· bona fama per respectum ad proximum·
Sed quid est melius an bona fama an bona cōsci
ētia· Certe bona cōsciētia·ita dicit Seneca ī libro
de moribꝫ· Consciētiā magis qꝫ famā intende ·&
pomit de hoc rōnē dicēs· Falli nāqꝫ poteris fama cō
sciētia vero nūqꝫ· ¶ Quarto conscientia laudabilis
est conscientia trāquilla sine remorsione vermis
Vñ Bernar·in libro de cōsideratōne sic ait· Mag
ne divitie sūt bona & trāq̄lla cōscientia: & revera
sic ē· Quid in rebꝫ diti?! quid in corde dulti?! q̄d
in terra quieti? atqꝫ securi? bona cōsciētia! dāna
rerū nō metuit· nō verboꝝ cōtumelias· nō cordis
cruciat?· q̄ quippe etiā ipa morte magis erigit qꝫ
deijciat· Et p oppositū pena male consciētie ē con
tinua· Vñ Chrisо· sup Matheum sic ait· Cōsci
entia rei semp in pena est·mens em̄ mala semper
consciētie ꝓpe stimulis agitat·neqꝫ em̄ quiescit q̄
sentit ꝺsciētie vermē: a quo nemo nocēs absolvit
vt dicit glosa sup illo verbo Eccs·vij· Scit cōsci
entia tua qꝫ tu crebro maledixisti alijs ¶ Vbi no
ta·qꝫ cōsciētia bona ostēdit tribꝫ· Primo deo ad
gratiarū actionē de beneficiꝫ collatōne· Vnde
Eccī·xlvij de omni corde suo·id est de oñi bona
ꝺsciētia & toto intellectu & affectu laudavit do
minū a quo bona cūcta pcedunt·ps·Benedic a
ima mea dño· Scdo consciētia bona ostenditur
sibi ad habēdam securitatē in tribulatione· Job·
xvij·Nō peccavi &c̄· Tercio· bona cōsciētia ostē
dit pximo ad edificationē in charitate· Matb·
v·Sic luceat lux vestra· ¶ Qꝫ conscientia
est mala triplici ratione· ¶ Capi·xij·

Secundo alicui? cōsciētia est mala tripli
ci rōne vel q̄a ē coinquinata· vel quia est
cauteriata·vel quia ē pturbata· ¶ Pri
mo ē consciētia mala· quia ē coinq̄nata de qua dr̄
ad Titū pmo· Coinq̄nate sunt coꝫ & mēs & cō
sciētia·q·ꝺ· Coꝫ mēs est coinq̄nata q̄ntū ad intel
lectū·& cōsciētia est coinquinata q̄ntū ad affectū
Jta qꝫ intellectiua vtus & affectiua sūt coinq̄na
te· Jn ps· Jnq̄nate sunt vie illoꝝ· ¶ Scdo ē cō
scientia mala quia cauteriata de qua prima ad
thimo·ij·habētes cauteriatā cōsciētiā id ē corrup
tā pua cogitatōe: & adustā male cōcupiscētie igne
Nam cauteriū ē corruptio carnis ex igne vel per
ignē facta· ¶ Tercio ē cōsciētia mala: quia est per
turbata de qua Sapie·xvij·semp em̄ psumit se
ua pturbata cōsciētia· Quod verbū expomit tribꝫ
modis· Primo sic cōsciētia pturbata ex remorsu
vermis psumit sena·qa extollit ꝺtra deū peccare
nō timēs· Scdo expomit sic· Consciētia pturba
ta id est inquieta & crudelis eius q̄ nō habet trā
quillitatē psumit seua id ē extollit alios affligen
do· Jsaie·lvij· Cor impij quasi mare feruens·
Tercio modo expomit sic· Conscientia pturbata
id ē eius qui desperavit ex crimine semp psumit
seua sup se vētura añqꝫ veniāt sicut fecit Chayn·
Gen̄·iij·q̄ dixit anteqꝫ puniret a deo·p timore
Ero vagus & pfugus sup terrā omis qui viderit
me occidet me· Et Grego· in mora· dum nulla
bonoꝝ operꝫ confidentia fulcit amina: intueri sum
ma mens trepidat: quia ipam cōsciētia accusat·
Nam timor qui in desperationē inducit ex mala
cōsciētia puenit· Vñ Chri·sup Matb·sic ait· Qui
male cōsciētie ē semp pusillanimis & timidus est
vñ in desperationem cadit vt Chayn fecit· Vbi
sciēdū qꝫ mala cōsciētia debet ostēdi tribꝫ scz deo·
sibi·& sacerdoti· Primo sibiipi ad cognoscendū
periculū sue infirmitatis· Scdo deo ad suscipiē
dū remediū vel beneficiū remissionis·in ps· Tibi
soli peccavi: dñe miserere mei· Tercio debet oñdi
sacerdoti ad querēdū cōsiliū satisfactōnis & bñfi
ciū absolutōnis· Vñ Luce·v· Vade ostēde te sa
cerdoti·Re·expositionē hui? sup cōfessio·

¶ Ad cōtēplādum quatuor nos disponūt·Ca·j·

Contemplatio· Circa vitam con
templativam considerāda sunt
tria·scz Dispositio que exigit·
Operatio qua attingit·Commē
datio qua extollit· ¶ Primo
circa vitam contemplativam cō
sideranda est dispositio que exigit· Nam mens
nostra impedit a contemplando propter vehemē
tiam passionū seu inordinatarꝫ affectionū· Cōtra

has aĩ passiones inordinatas q̃tuor sunt inter alia que ad cõtẽplãdũ nos incitant & disponũt · scilicet Amor charitatis · dulcor trãquillitatis · mitor puritatis · decor vl̃ candor castitatis · ¶ Primo ad ctẽplãdũ eñ nos incitat & disponit amor charitatis qđ triplicit̃ ꝓbo · autoritate · similitudine rõne ¶ Primo autoritate Grego · sup ezechi · sic dicẽtis Cõtemplatiua vita est charitatẽ dei & ꝓximi tota mente retinere: & soli cõditoris desiderio inhęrere · Secđo hoc idem ꝓbo similitudine sic · q̃a virtus appetitiua seu desideriũ alicuiꝰ mouet̃ ad aliq̃d sensibilit̃ vel intelligibiliter aspiciendum: vel ꝓter amorẽ rei vise: vel ꝓter amorẽ visionis · vel ꝓter amorẽ delectatõis ex qua etiã amor intẽdit̃ sic a simili spũalit̃ desideriũ ctemplationis ꝓcedit & causat̃ ꝑmo ex amore dei · vñ Math̃ · vj · Vbi ẽ thesaurus tuus ibi ẽ & cor tuũ · Secũdo ex amore cognitõis dei quã q̃s inspectõe vel cõtẽplatõe ꝺse quit̃ · Nã ex dilectione inardescit anim? ad eius pulcritudinẽ inspiciẽdã · vt Gre · ait · Tercio ex amore delectatõis vnuſq̃sq; eñ delectat̃ cũ adept? fuerit id qđ amat · Tercio ex his cõcludo ꝙ charitas incitat & disponit ad ctẽplãdũ triplici rõne · Primo rõe finis cõtẽplatõis q̃ est de? · Secundo rõne diuine cognitõis · quia ctẽplatio dei est quedam cognitio nobilissima · Tercio rõne delectatõis Nam ctẽplatio delectationẽ annexam habet similiter ctemplatio dei terminat̃ ad delectationẽ q̃ est in affectu qđ patet · quia vnuſq̃sq; delectat̃ cũ adeptus fuerit id qđ amat · Similiter ex delectatõe dei p ctẽplationẽ adepti amor intendit̃ · per oppositũ vero ille cuius mẽs dei & ꝓximi charitatem nõ habet: nõ est abilis vel dispositus ad contẽplãdum · Secundo ad cõtemplandum nos disponit & iuuat dulcor trãquillitatis · vñ Gre · sup ezechielẽ dicit · ꝙ vita cõtẽplatiua calcatis curis omnibꝰ ad videndũ faciem sui cõditoris inardescit · Nã curas vel solicitudines oĩm calcat q̃ quietem in mente seruat · Vñ beat? augus · sup psal · In matutinis domine meditabor ĩ te: sic ait · bt̃a siquidẽ illa anima apud quã deus requiem inuenit: negare ei requiẽ celi non potert · Dec · b · t · scđa stđe · q · clxxx arti ꝑmo · Vtr̃ vita cõtemplatiua habeat aliquid in affectu in cor q · & in solu · ŋ · argu · Et itez̃ ŋ · seri · sen · di · xxxv · Vtrum contemplatiua vita ꝺsistat tm̃ in actu cognitiue · in cor · q · ¶ Tercõ ad contẽplãdũ nos disponit mitor puritatis ita dicit Isido · in libro de summo bono · In actiua vita p exercicitũ bonꝰ opis cũcta exhaurienda sũt vicia: vt in contemplatiua iã pura mẽtis acie ad contẽplãdũ deũ q̃sq; ptrãseat · Rõ aũt hui? ẽ · q̃a null? pt̃ puenire ad videndũ facie creatoris nisi ꝓncipaliter ꝓ mũdiciã mẽtis · Vñ Math̃ · v · Bti mũdo cor de qm̃ ipi deũ videbũt · Et Cassianus in collatõnibꝰ patr̃ sic ait · q̃nto mẽs ad subtiliorẽ ꝓfecerit puritatem tãto sublimi? videbit deũ · ¶ Quarto ad contemplãdũ deum nos disponit mitor vel candor castitatis · Nam vtus castitatis maximẽ reddit hominem aptum ad contemplandum · Cuiꝰ rõ ẽ · quia vita contemplatiua principaliter & essentialiter consistit in actu rationis vel intellectus · Tẽperantia vero seu castitas maxime reprimit concupiscentias vel delectationes venereas lumẽ rõnis obscurantes & maxime ad sensibilia deprimẽtes · Dec bea · tho · scđa scđe · q · clxxx · arti · ij · Vtr̃ virtutes morales ptineant ad vitam contemplatiuã · in solu · ŋ · argumenti in fine ·

¶ Qđ vita contemplatiua principaliter in sola cõtemplatione dei cõsistit · cõsistit secũdario vero in contemplatione diuinoꝝ · ¶ Capi · ij ·

Secundo ꝑncipaliter circa vitã contemplatiuam cõsideranda est operatio qua attingit̃ vel ꝑficit̃ · Nam vita contemplatiua sãctoꝝ presuppomit amorem amati: scz dei qđ patet · quia ipa ab amore ipi? dei contẽplati ꝓcedit vt patet ca · ꝓcedẽti · vnde vita contemplatiua ꝑncipaliter cõsistit in sola contemplatione dei · Cõsequẽter vero ad vitã cõtemplatiuã ptinet cõtẽplatio diuinoꝝ effectuũ ex quibꝰ manuducit̃ homo in dei cognitione · ¶ Primo dico ꝙ vita contemplatiua ꝑncipalit̃ ĩ sola ctẽplatõne diuine vtutis consistit · quod triplicit̃ ꝓbo · scz ex ordine · ex nomine · ex fine · Primo ex ordine · quia in contẽplatione ꝑncipiũ quod est deus q̃rit̃ · Vñ Gregorius sup ezechielem sic ait · Vita contẽplatiua ad solum videndum ꝑncipium scz deum anhelat Secundo hoc idem ꝓbo ex nomine · quia nomen contẽplationis significat ꝑncipalit̃ illũ actũ quo quis deũ in seipo ctẽplat̃ scz visionẽ vel cognitionem dei · Tercio hoc idem patet ex fine · quia cõtemplatio diuine virtutis est finis totius humane nature · vñ Augustin? ꝑmo de trinitate dicit ꝙ cõtemplatio dei promittit̃ nobis actionum omnium finis atq; eterna possessio gaudioꝝ: que q̃dẽ contẽplatio veritatis diuine aliter competit nobis in via & aliter in patria: quia dũ sum? in via contẽplatio dei conuenit nobis imꝑfecte scz ꝑ fidẽ · Vñ apos · prĩa corĩ · xiij · Videm? nunc ꝑ speculum quod quidẽ speculũ ꝺm augustinũ in glosa ibidẽ dicit̃ tribꝰ modis vel ipa anima in q̃ ꝑ rõnẽ tanq̃ in speculo cognoscim? deũ · Vel fides · Et ideo subdit̃ & ĩ enigmate id est obscure · q̃a fides facit nos credẽ quod non videm? · Vel ipa creatura ẽ speculũ · quia sic̃ ꝑ speculũ nõ nisi imago rei & non res cernit̃ · Dic per creaturam dei imago & non deus cognoscit̃ · In patria vero contẽplatio dei erit perfecta quando scz videbimus eum facie ad faciem · vt ibidem subdit apostolus · quasi dicat · Ista contemplatio que habet̃ de deo est imꝑfecta quia per fidẽ · Illa vero erit perfecta q̃a per speciem · vt Augustinus ibidem in glosa expomit Et hoc est quod dicit apostolus · ij · ad corĩ · xiij · Nos aũt reuelata facie gloriam dei speculãtes in imaginẽ eãdẽ trãsformamur a claritate ĩ claritatẽ

Nihilomin9 tam etiã cõtẽplatiua sc̃ariõ consideRat aliqua mq̃ntũ ad dei contemplatõnẽ ordinãtur sicut ad finẽ·puta creaturas ex quibo manuducit̃ homo in conteplationem vel cognitionem dei scd̃m illud apostoli ad Ro. p̃mo. Jn visibilia dei p ea q̃ facta sũt a creatura mundi intellecta cõspiciuntur Dec. b. t. scd̃a sc̃de. q. clxxx. arti. mj. Vtz vita contẽplatiua consistat solũ in contemplactiõe dei argu. contra & in coz. q. Et itez. mj. scri. sen. dist. xxxv. arti ij. q. mj. Vtz oĩs act9 intellect9 ptineat ad vitam contemplatiuam in coz. q.

Q vita otemplatiua in via habet octo effectus quibo puenit̃ ad contẽplãdũ deũ i pria. Ca. mj.

Ad maiorẽ autẽ euidentiã capituli p̃cedẽtis est sciendũ q̃ vita contemplatiua vnicum actum habet qui in hac vita inchoat̃ & quo finaliter in patria vita otemplatiua pficit̃ scz otemplationẽ diuine veritatis. vt patet capi. p̃cedẽti. Multos aũt actus in via habet quibo vita otemplatiua peruenit ad hũc actũ finalẽ. scz ad contemplationẽ dei facie ad faciẽ: Jta q̃ ad vitã cõtẽplatiuam ptiẽnt diuersi act9. diuersi g̃d9. diuersi motus. diuersi effect9. Primo dico. q̃ vita contemplatiua in via habet octo actus quibo ad contẽplationem dei in patria puenit̃. Qui act9 sũt contẽplatio. meditatio. cogitatio ſm Richardum de sancto victore. speculatio ſm apostolũ. admiratõ ſm Bernardum. oratio. auditio. lectio. Prio enĩ Richardus de sãcto victore dicit q̃ tres act9 sũt ptinẽtes ad vitã contẽplatiuã. scz cogitatõ. meditatio. cõtẽplatõ. Qui sic ad inuicẽ distinguunt̃ q̃a contemplatio est pspicax & liber animi intuitus in res pspiciendas. Meditatio est intuitus animi in veritatis inquisitionẽ occupatus. Cogitatio aũt est animi respect9 ad euagationẽ p̃nus. Quartus actus est speculatio ſm apostolũ. ij ad coz. mj. qui sic ait. Nos aũt reuelata facie gloriã dei speculantes: videt aũt aliquid p speculũ est videt p effectũ ei9: in quo ei9 similitudo velut in speculo relucet. Quint9 actus est admiratio diuine maiestatis ſm Bernardum in libro de cõsideratõne: que admiratio est species timoris osequens apphẽsionem alicuius rei nostrã facultatẽ excedẽtis. Dex tus actus est oratio. quia homo ĩ oratione accipit cognitionem veritatis a deo. & ideo necessaria est oratio ſm illud Sapĩe. vij. Jnuocaui & venit in me spũs sapiẽtie. Septimus act9 ẽ auditio verbi dei. q̃a p auditum verbi dei homo accipit cognitõnem diuine veritatis ab alio. Vñ de Maria p quã vita contemplatiua designat̃. dr̃ Luce. x. q̃ sedẽs secus pdes dñi audiebat verba illius. Octauus actus est lectio. ſm q̃ homo accipit cognitõnẽ veritatis ab eo q̃d scriptum est. Dec bt̃us tho. scd̃a scd̃e. q. clxxx. arti. mj. Vtz ad vitã cõtẽplatiuã ptineãt diuersi act9 ĩ coz. q. & ĩ so. q̃tuor argumẽtoz p totũ. Scd̃o dico. q̃ ad vitã contemplatiuã ptinẽt diuersi cõtemplatõnis gradus. Vnde

Richardus de sancto victore ponit sex spẽcies cõtemplationis: quibo p creaturas q̃i sex gradibo in dei contemplationẽ ascendit̃. Prim9 gradus est perceptio vel cognitio sensibilium seu corporaliũ Scd̃s est dispositio vel ordinatio eorũdẽ. Terci9 est pgressus a sensibilibo ad intellectibilia. Quãtus est consideratio absoluta intelligibilũ in que p sensibilia deuenit̃. Quintus ẽ cõsideratio intelligibilium que per sensibilia nõ pnt cognosci sed p rõnem. Sextus est cõsideratio intelligibilium q̃ rõne hũana nec inueniri pnt nec apprehendi. sed sola irradiatõe diuini luminis: sicut illa que nobis qe trinitate tradunt̃ vt in hac cognitione perficit̃ cõtẽplatio vie. Vbi nota q̃ q̃uis ista sex osideret interdũ contemplatiu9 non tñ in his pncipaliter vita contẽplatiua cõsistit. Dec bea. t. scd̃a scd̃e. vbi sup̃ arti. mj. Vtz vita cõtẽplatiua solũ m dei contẽplatione osistat. in solu. mj. argu. Et itez. mj scri. sen. di. xxxv. arti. ij. Vtz oĩs act9 intellect9 ad vitã contemplatiuã ptineat. in solu. mj. ar. Tercio dico q̃ ad vitã contemplatiuã ptinẽt diuersi mot9. Vñ Diom. mj. ca. de diui. no. distinguit cõtẽplationẽ p tres motus. scz circulatẽ. rectũ. & obliquũ siue reflexũ: Quod ista rõne facit: quia in motibo corpalibo pfectiores & p̃mi sunt mot9 locales. vt. vj. phisi. pbat̃. Et ideo sub eoz similitudine opatõnes ĩtelligibiles describũt̃ Mot9 aũt localis p̃ncipalit̃ sũt tres differẽtie. scz rectus ſm quẽ aliquid p̃cedit ab vno in aliũ. obliquus vel reflexus quasi cõpositus ex vtroq̃ circularis ſm quem aliquid mouet̃ vniformit̃ circa idẽ cẽtz fic ẽ ĩ opationibo intelligibilibo vel intellectualibo. Aliter tñ in aĩa & aliter in angelo. q̃t fic ptz. Nã mot9 rectus in aĩa ẽ ſm q̃ anima intelligẽdo p̃cedit ab exterioribo sensibilibo ad cognitõnẽ intelligibiliũ. Motus obliquus vel reflex9 in anima ẽ put mens diuinis illuminationibo ratiocinãdo vtit̃. Motus vero circularis in aĩa est q̃ndo cessante discursu figit̃ intuit9 aĩe in cõtemplatione vni9 simplicis veritatis. Ad quod faciendum optet q̃ ab aĩa duplex deformitas amoueat̃. Prima ẽ vt aĩa relinquat exteriora & ĩtro eat ad seip̃am. Scd̃a deformitas ẽ p discursum rõnis ab vno in aliud. vt scz cessante discursu ab vno in aliud figat̃ intuitus aĩe in cõtẽplationem vni9 simplicis veritatis. Jn angelis vero motus rect9 nõ pt̃ accipi ſm q̃ in cõsiderãdo angel9 p̃cedit ab vno in aliud. q̃a in angelis nõ ẽ rõnis discursus. sed solũ ſm ordinẽ sue p̃uidentie. scz ſm q̃ angelus sup̃ior inferiores illuminat per modos Motus obliquus seu reflexus in angelis est compositus ex vtroq̃ motu. scz ex recto & circulari. Jnq̃ntũ ſm contẽplationẽ dei inferioribo p̃uidet. Motus vero circularis inest inq̃ntũ vniformiter & indefinẽt̃ absq̃ p̃ncipio & fine intuẽt̃ deũ sicut motus circularis carẽs p̃ncipio & fine vniformit̃ est circa idem centrum. patet igit̃ ex p̃missis quõ

nis aliq̄n se habet vt tacēs & nō resistēs. Si em̄
alicui nō placet audire detractōnes. sed tm̄ ex ti-
more vel negligentia vel verecundia q̄dam omit-
tit repellē detrahētē. peccat quidem talis. sed mi-
nus q̄ detrahēs. & q̄nq̄ venialit q̄nq̄ vero morta
lit. Et hoc p̄t tres rones. Pria ē p̄pter officiū.
sz p̄t hoc q̄d alicui ex officio incūbit corrigē vl̄
cōpescē detrahētē. q̄d si nō facit mortalit peccat.
Secūda rō ē p̄pter periculū. Si em̄ p̄pter obmissionē
cōpescendi vel corripiendi detrahētem cum potest
periculum aliquod inde sequit mortaliter peccat
nō corripiens cum potest. Tercia rō ē p̄pter ob-
missionis p̄ncipium vel radicē que est timor mū-
danus. Si em̄ aliquis p̄pter timorez mundanum
vel humanum obmittit corripe vel compescere de
trahētē cū p̄t: mortaliter peccat vel saltem potest
mortalit peccare. eo q̄ timor hūanus q̄nq̄ p̄t esse
peccatū mortale. Re. sup̄ correctō. & infra timor
hūanus. Hec bea. tho. secūda secūde. q. lxxiij. arti.
iij. Vtr̄ peccet quis audiēdo detractōnē. in cor.
q. Et alexā. secūda pte sū. q. cxlvj. de detractōe.
ar. v. in cor. q. Re. sequēti ca. ¶ Vtr̄ aliquis
detractiones debeat sustinere. ¶ Ca. vj.

Tercio circa detractōnē considerare debe-
mus debitū tollerantie. vtr̄ quis detra-
ctionē debeat sustinere. Et q̄ntum ad hoc
rñdeo tribo modis. Primo q̄ p̄prie loquēdo detra
ctiones de se nullus audit. Cuius rō ē. q̄a si mala
loq̄mur de aliq̄ eo audiente nō sunt detractōnes sz
cōtumelie. vtz ex p̄missis. & sup̄ contumelia. p̄nt
tm̄ detractōnes cōtra aliquē facte ad eū alior̄ rela
tōnibo puenire. Secūdo dico q̄ aliquis alit se debz
h̄e circa detractiones p̄rias. & aliter circa de-
tractiones alienas. ¶ Primo em̄ audiēs alterius
relatōne & dicto detractōnes p̄rias potest eas pa
tienter ferre. Cuius rō est. quia cū sit sui arbitrij
detrimētū sue fame pati p̄t. & i hoc p̄t e? patiētia
cōmendari. si p̄rias detractōnes sustinet patiēt.
misi hoc vergat in piculū alior̄. tūc em̄ nec tollera
re potest nec debet. Vñ greg. nona omelia super
ezech. sic ait. Linguas detrahentiū sic nō debem?
nro studio excitare ne ipi peāt. ita p̄ suā maliciā
excitatas debemus eq̄nimit tollerare vt nobis me
ritū crescat. Aliq̄n aūt etiā cōpescere. ne dum de
nobis mala disseminat. eor̄ qui nos ad bona audi
re poterāt corda innocentiū corrumpant. Et infra
ibidem greg. Si etem̄ quor̄ vita in exemplū imi
tatōis est posita debēt si p̄nt detrahētiū sibi vba
cōpescere. ne eor̄ p̄dicatōnē nō audiāt q̄ audire
potuerūt. & in p̄uis moribo remanētes bene viuē
cōtemnāt. ¶ Secūdo dico q̄ audiēs detractōnes a-
lienas si potest debet eas cōpescere. Cui? rō est.
quia cū nō sit in arbitrio hominis q̄ patiat detri
mentū fame alterius sic p̄rie. vt patet. iō i culpā
ei vtit si detractōes alteri? nō cōpescit si ei incūbit

compescere · vl' ex officõ plationis · vel ex statu p-
fectõis · ¶ Tercio dico · qꝓ in cõpescendo alienas
detractões dt aliqs tria facere · s · otradicẽ · redar-
guere · condolere · Primo enim ille cui incumbit
& qui potest detractori debet contradicere · qñ eñ
talis detractionẽ audiens scit falsũ esse illud de q̃
detrahit · tũc debet resistere cõtradicẽdo ei qui de-
trahit · & defendendo eũ cui detrahit · ea rõe & ma
iori qua tenet aliquis subleuare asinum alterius
iacentem sub onere · vt ꝑcipit deutero · xxij · De
cũdo vero si aliqs audiens detractõnẽ alterius scit
verũ esse illud de quo qs detrahit · puta cũ dic̃ ma-
lum vel pcm occultũ alꝫs quod ipse solus nouit
tũc audiẽs talem detractionẽ non debet contradicẽ
arguendo eum de veritate · q̃a ecc̃i · mj · dr̃ · Nõ con
tradicas verbo veritatis vllo mõ · sed eũ debet ver
bis redarguere de hoc qꝓ peccat fratri detrahẽdo ·
Tercio vero si audiens detractiones alteri? nõ pt
cõtradicere detrahenti · q̃a scit illud de quo detra-
hit esse verũ nec pt redarguere detrahẽtẽ · debet cõ
dolẽ & ꝛistari · Debet eñ oñdere qd sibi displice
at ꝓ tristiciã faciei · q̃a vt dr̃ ꝑuer · xxv · Ventus
aq̃lo dissipat pluuias · nubẽ cõstrigẽdo ficcãdo &
ligãdo & oĩno fugãdo ne in pluuiã resoluat · Rõ
aũt hui? est · q̃a ventus aq̃lo est ventus gelidus
& ficcus · Vñ tercio libro metharoꝝ dr̃ · qꝓ vent?
aq̃lo dict? ẽ · eo qꝓ ꝛstringit & nubes dissipat · Sic
a simili facies tristis linguam dissipat detrahẽtez ·
Eccl̃s · vij · Melior est ira risu · q̃a tristicia vultus
animꝰ corrigit delinquẽtis & detrahẽtis · Deda ·
Si hilari vultu audieris detrahentẽ tu illi das fo-
mitẽ detrahẽdi · Si vero tristi discit nõ libent di-
cere · qd didicerit nõ libẽt audiri · q̃a nemo inuito
auditori libent refert · Et ihero · ad rusticũ exem
plũ ponit tale · Dic̃ si sagitta mittat ꝛtra duram
materiam nõ nũqꝫ i mittẽtẽ reuertit & vulnerat
vulnerãtẽ · ita detractor cũ tristẽ faciez viderit au
dientis immo potius nõ audiẽtis sed obturãtis au
res suas ne audiat sãguinem · illico cõticescit · pal
let vultus · herẽt labia · salua siccat · Et subdit ·
hiero · Si nõ esset auditor nõ esset detractor · Vñ
ecc̃i · xxvij · Sepi aures tuas spinis & noli audi-
re linguã neq̃ · Vbi nota · qꝓ triplex est spina q̃
lingua pungitur detractoris vt taceat · Prima est
oñsio vult? tristis · vt patet · Secũda est auersio
vult? · ꝓuerbiorum · xxmj · Cũ detractoribus ne
cõmiscearis · Cui? ratio est · quia detractores sũt
fures bone fame · vt dicit ambrosi? · Et socij fu-
rum reputantur fures · nam vix potest aliquis eẽ
vel morari cum talibus salua innocentia & carita
te · Tercia spina est obtusio & redargutio detrac-
toris & talis ẽ ãputatio lingue eius vt oĩno mu
tus fiat · In psalmo · Detrahentẽ secreto hunc ps̃e
q̃bar · Dec bea · thomas secunda secunde q̃stione
lxxmj · articulo · mj · in solutione ꝑmi & scdi argu
menti · Et iterum dominus hugo cardinalis ordi
nis ꝓdicatorum in expositione postille

¶ Quõ detractõ est repellenda & quomodo non ·
Capitulum septimum ·

Ad maiorem tamen euidentiam ꝓdictoꝝ
est sciendum · qꝓ detractõ seu fame demi-
gratõ repellit duobꝰ modis · scz occasio-
nẽ subtrahendo · & linguã detrahentiũ cõpescẽdo ·
¶ Primo detrahendi occasionẽ subtrahẽdo · & sic
omnes tenẽt detractõis causã vel occasionẽ vita
re · sic etiã scãdalũ · s · ne aliqd faciãt ꝓpter qd ali?
scãdalisẽt & detrahat · qd duplicit ꝓbo · Prio au
toritate apos · ꝑme ad thessz · vlt · dicẽtis · Ab omi
spẽ mala abstinete vos · & hoc vt mali vel pcti oc
casio vel scãdali auferat · Secdo hoc idẽ ꝓbo rõe ·
sic · Qui ex suo opere occasionẽ detrahẽdi ꝑstant
q̃ntũ in ipis ẽ aĩas alioꝝ occidũt · sed omnes tales
peccãt mortaliter · g̃ omes corã quibꝰ detrahit q̃n
tũ est ex pte sua tenẽt semp occasionẽ detractõ-
is vitare · Vñ greg̃ · Vocandi sunt detractores
& trãq̃lle admonẽdi · eisq̃ satisfacere omĩbꝰ mod
debem? ne forte scãdalizent · si vo hortatõ ꝓdest
sufficit · eo qꝓ talis qd ẽ in ipo fecit · Si aũt nõ po
test satisfacere · tũc faciẽdũ ẽ sicut cõsiliũ euãgelij
dicit · Dñs eñ dicentibꝰ sibi discipulis · scis qꝓ in
dei audito hoc vbo scãdalizati sũt · rñdit · Dimite
illos ceci sunt & duces cecoꝝ · Talibꝰ ei sufficit
bona ɔ sciẽtia corã deo · ¶ Secdo repellit detractõ
linguas detrahẽtiũ cõpescendo · & tũc nõ omes te
nẽt mli quatinus debet aliquis saluti ꝓximi ꝓui
dere · vt supra precedentibꝰ capitulis patz · ¶ Dz
forte ex hoc argues · qꝓ nullus debet linguã com-
pescere detractoris tali rõne · nullus debet impedi-
re id quod est in alioꝝ vtilitatẽ · sed detractõ est
frequẽter in vtilitatem eoꝝ cõtra quos detrahit ·
ita dicit pius papa · Non nunq̃ detractõ aduer-
sus bonos excitat vt q̃s vel domestica ꝑsumptio
vel alioꝝ in altũ fauor extulerat : detractõ humili
et · ergo nullus debet detractionem compescere ·
Respondeo & dico · qꝓ vtilitas que ex detractõne
ꝓuenit non ẽ ex pte detrahentis · sed ex pte eius
cui detrahit patienter tolerãtis · vel ex dei ordi-
natione que exq̃libet malo elicit bonũ · vñ licz de-
tractio sit occasio meriti apud sustinẽtem patiẽt
nõ tñ danda ẽ detractionis occasio · eo qꝓ merituꝫ
sustinẽtis patienter detractionem ẽ ex pte dei · vt
ptz q̃ vo dat causã vel occasionẽ detractionis est
ꝑncipium mali · nõ sunt aũt faciẽda mala vt ve-
niant bona · vt dicit apostolus ad romanos tercio ·
¶ Sed forte queres cũ adulatio & detractõ sunt
cõtraria · quare adulatio nõ dicit esse remedium
detractionis sicut detractõ remedium adulatõis ·
Respondeo & dico · qꝓ adulatio non permittit ho-
minem vidẽ defectum suum sicut detractio facit ·
& ideo adulatio non dicit esse remedium adula-
tionis · sicut econuerso · ¶ Vbi nota · qꝓ detractõ
est medicina & venenum · Prio est medicina ad-
lationis vel adulatõis · q̃a cũ aliqs aduertit sibi
detrahi · conuertit se ad cõsideratõnẽ sue ĩfirmitatis ·

si forte aliqd reprehensibile est ī eo & sic humiliat. Est etiā detractio venenū infusū a detrahēte. Illi vero cui detrahit nō dr esse venenū nisi ex ipō contrahat nocumētū. Dec b. tho. scda scde. q. lxxxiij. arti. iij. in so. iij. ar. Et alexan. tercia pte sum. q. cxlvj. de detractione arti. ix. de remedio detractionis cōtra psumptionē & adulationē in cor. q. Et ibidem questione secunda.

¶ Quid sit deuotio & quō diffinit. ¶ Ca. pmū.

Deuotio. Circa deuotionem considerare debemus tria. scilicet eius significatum. ortum. effectum. ¶ Primo cōsiderare debem? deuotionis significatuz. Dicit enī deuotio a deuouendo. vñ deuoti dicūt q seipsos quodāmō deuouent deo vt ei se totaliter subdant. Apter qd & olim apud gentiles deuoti dicebant q seipos ydolis deuouebant in mortem pro sui salute exercitus. sicut de duobo deciis titr? liuius narrat. Vñ deuotio nihil aliud ē qp volūtas pmpta faciendi qd ad dei seruitiū ptinet. sicut dr exodi. xxxv. & multitudo israel obtulit mente pmptissima atq deuota primicias deo. Vbi glo. iter. sic ait. Otis multitudo israhel obtulit mēte pmptissima. qa nō vult deus coacta seruitia sz deuota. qa amore ei seruit & n timore. Et mēte pmptissima. qa mente ei seruit & n corpe. Patet igitur ex prmissis triplicit. s. int̄ptatōe. autoritate. & ex positione qp deuotio ē volūtas pmpte se tradēs ad ea q ptinēt ad dei famulatū. Sz cōtra. Deuotō nō solū habet ad deū sz etiā ad sctos vivos & mortuos. g diffinitio nō dat bn de deuotione. Rndeo & dico. qp deuotio que habet ad sctos dei vivos & mortuos nō terminat ad ipos sz transit ī deum mediantū scz ī ministris dei veneramur deū. Dec bts. tho. scda scde. q. lxxxij. arti. j. Vtr deuotio sit specialis act? in corpore. q. ¶ Secdo hugo de sancto victore deuotionē diffinit sic dicēs. Deuotio ē feruor bone volūtatis quē mēs cohibere nō valēs certis manifestat indicijs. scz leticia & tristicia. vt tercio capitulo infra patebit clarius.

¶ Que est causa deuotionis. ¶ Ca. scdm.

Secūdo circa deuotionē cōsiderare debem? ipius ortū. scz q sit cā deuotiōis. ¶ Vbi nota. qp causa deuotionis est duplex. scz pmaria & scdaria. Prima enī scz principalis causa deuotionis extrinseca est deus. Vnde ambrosius super lucā dicit. qp deus quos dignat vocat. & quem vult religiosum facit. & si voluisset samaritanos ex indeuotis deuotos fecisset. Secda causa deuotōnis ē intrinseca scz ex pte nra. & ē hec meditatio vel contemplatio. Cui? rō est. quia deuotio ē actus volūtatis quo hō pmpte se tradit ad obsequm dei. vt ptz ca. pcedēti. Omnis aūt act? volūtatis ex aliq cōsideratione intellect? pcedit. eo qp bonū intellectū ē obiectū volūtatis fm phm. Vñ aug?. dic ī li. de trinitate qp volūtas ex itelligētia orit. Et ideo necesse est qp meditatio sit causa deuotionis inqntū p meditationē homo cōcipit qp se tradat diuino obsequio. Est at duplex meditatō vel cōsideratō. Vna ē impimentiū. & talis deuotōnē impedit. eo qp ab his mēs distrahit & a talibo sepat. Alia vero cōsideratō vel meditatō ē vtilium & huismodi est causa deuotōnis. ¶ Est aūt item platō vel cōsideratio ex pte nra deuotionē causās triplex. scz meditatio diuinitatis. hūilitatis. nre infirmitatis. ¶ Prima causa deuotōis ex pte nra ē cōtemplatō diuinitatis. fm illud ps. Mihi autē adherē deo bonū ē. & ponē in dño deo spem meā. In quo verbo tangit duo. scz cōfidētiā & pntiam sūmi bni scz dei. Primo tangit pntiam sūmi boni. vñ dicit. mihi aūt adherere deo bonū ē. Duius modi aūt adherētia ē p aspectū. p affectū. p cultū. Primo est p aspectū. vñ glo. mihi aūt adherē deo bonū ē in futuro. qa tūc nihil ē meli? qp videre facie ad faciē ipm deū. Secdo bonū mihi ē adherē deo p affectū. vñ glo. ibidē. bonū ē mihi adherere deo p affectū. s. p amorē bni. Nā amor tranſformat amātē in amatū. Re. sup amor divin?. Vñ j. ad cor. vj. Qui adheret deo vn? spūs ē cū eo. & merito. qa amor dīn? ht vtutē vnitiuā & trāsformatiuā. vtz sup. amor dīn?. Tercō adherētia mētis ad deū ē p cultū. Ita dic glo. ibidē. mihi adherere deo p cultū scz & obsequiū bonū ē. Vñ cassian? in collatione iohis abbatis sic ait. Meli? ē deotū in minoribo qp indeuotū in maioribo inuenire. Secūdo tāgit cōfidētiā cū subdit. Et ponē in deo spem meā. Augus. nōdū habes p pntiā inherere p spē. Cassio. nihil pt eē beati? qp in illo omnia ponere in quo nullus ē defect?. Talis g cōsideratō vel cōtemplatio diuinitatis dilectionē excitat. sed a dilectione pncipaliter deuotio causat & cōfuat & augmētat. quod tali exemplo pbo. Quia sicut pinguedo corpalis generat p calorē naturalē digerentē & ipm naturalē calorē cōfuat. ita pinguedo spūalis scz deuotio mētis p caritatē generat & ip sam caritatē cōfuat. ¶ Sed forte queres qd aīa ī deo cōsiderat ex q causat deuotio. Rndeo & dico. qp aīa cōsiderat de deo duo. s. qp de? ē creator aiaz. & qp ē beatificator. & ideo offert se prpte deo in obsequiū & sacrificiū. & sic pncipio sue creationis. & sic fini vltimo sue beatitudinis. Ex quoz consideratione causat in anima dilectio. & ex dilectōne deuotio. vt dicit bea. t. scda scde. q. lxxxv. de sacrificio arti. ij. Vtr sacrificiū sit soli deo oferendū. in cor. q. ¶ Secūda causa deuotōnis ex pte nra ē cōtemplatio scz hūanitatis xpi. Cuius ratio ē. qa sicut mens nra ex debilitate sue cognitionis indiget ex sensibilibo manuduci in cognitōnem dīnoz. Ita ad dei dilectionē indiget manuduci p aliq sensibilia nobis nota int̄ q pcipuū est humanitas xpi. fm qp in pfatione dr. vt dū visibiliter deū cognoscimus p hūc invisibiliū amorē rapiamur. Et ideo ea que ptinent ad hūanitatē christi

p modū cuiꝰdā manuductiōis maxime deuotōez excitāt. ¶ Tercia cā deuotiōis ex pte nr̄a ē ꝯsideratio ꝑrie infirmitatis · Indiget enim hō cōsiderare defectus suos vt ex cōsideratōne ipoꝝ inmitatur deo · fm illud p̄s · Leuaui oculos meos ī montes vñ veniat auxiliū mihi. Et subdit · Auxiliū meū a dño qui fecit celū & terrā. Rō aūt huiꝰ ē. q̄a ꝯsideratio ꝑrioꝝ defectuū excludit p̄sūptionē p quā aliqs ipedit ne deo se subiiciat dū sue vtuti inmittit · Patet igit ex p̄missis · q̄ meditatio vel cōtemplatio vel cōsideratio triū · s. dīnitatis · christi hūanitatis · & ꝑrie ifirmitatis vel defectuositatis ē cā deuotōis · Vñ ī p̄s · In meditatione mea exardescit ignis · spūalis aūt ignis · s. caritatis causat deuotionē · vt sup̄ patz · g̈ q̄ meditatio ē cā deuotionis · Dec bt̄us tho. scđa scđe · q · lxxxij · arti · ij · Vtꝝ cōtēplatio vel mediatio sit causa deuotionis ar · ōtra · & ī coꝝ · q · & in solu · ij · ar. Et itez ar · ij · ī so · ij · ar. Vbi poit exēplū de piguedie corpali · & spirituali. ¶ Q̄ deuotio duplicem effectū in mente causat · ¶ Capi · ij · ¶

Tercio circa deuotionē cōsiderare debem? effectum · Nam deuotō duplicem effectū causat · Principaliter quidem causat leticiam & cōsequēter tristiciam. Cuiꝰ rō est · q̄a deuotio spāliter ex duplici cōsideratione causat · scz ex cōsideratione dīne bonitatis · & ex cōsideratiōe ꝑe fragilitatis vel ifirmitatis · ¶ Prīa g̈ ꝯsideratio scz dīne bonitatis p se causat leticiā. Ex eo em̄ q̄ voluntas pmpte se tradit deo ex meditatione vl̄ cōsideratōe quā intellectꝰ ht̄ ex bonitate dīna seq̄tur delectatio · fm illud p̄s. Memor fui dei & delectatꝰ sum & exercitatꝰ sū : & defecit in me spiritꝰ me? · Inq̄bo vb̄ tāgit̄ q̄tuor · scz recordatio · q̄etatio · assuefactio · humiliatio · Primo tāgit̄ recordatio · ibi · memor fui dei. Oportet ei memorē eē multoꝝ & p̄cipue q̄toꝝ · s. dīne largitatis · id est bñficioꝝ dei ad reg̈tiandū · nr̄e infirmitatis ad humiliādum · bt̄itudinis ad sperādū · dīnitatis & humanitatis christi ad delectādū · Secundo sequitur & delectatus sum · in q̄ tāgit̄ fruitio vel quietatio voluntatis in deo · Re · sup̄ delectatio · Tercio tangitur assuefactio · & hoc duobꝰ modis · scilicet in meditatione dīnoꝝ : & executione bonoꝝ · In p̄s · In mādatis tuis exercebor & cōsiderabo vias tuas · & ad hoc facit delectatio q̄ opationē pficit · vt ptz sup̄ delectatio · Quarto tāgit̄ humiliatio · ibi · & defecit in me spūs meus · q̄n em̄ pficimus ī deo deficim? in nobismetip̄is. Greg̈ · Tūc ī deo plene pficim? cū a nobip̄is fundit? deficim? · q · d. Cum exercitatus sū in ōtēplatione dīne sapīe qua cuncta ordinant̄ . dīne potētie qua cūcta cōp̄uantur . bonitatis dīne qua cūcta dispensāt̄ . Ideo p̄ āmiratione dei & humiliatiōe mei defecit spūs meꝰ reputando mihil · p̄s · Defecerūt oculi mei ī eloq̄ tuū · ¶ Scđo ꝯsideratio dīne bonitatis p accidēs causat tristiciā q̄ndā ī his que nō plene deo fruūtur · fm illud p̄s

Sitiuit anima mea ad deū fontē viuū · Et seq̄t̄ · Fuerūt mihi lacrime mee panes die ac nocte dum dr̄ mihi quotidie vbi ē deus tuꝰ · Silr̄ cōsideratio ꝑrie infirmitatis causat duo · scz tristiciā · & leticiā. Primo & p se causat tristiciā recogitādo defectꝰ ꝑrios · Scđo p accidēs cāt leticiā · ꝑt̄ spē dīne subuētōnis & miserationis · quod tribꝰ exēplis pbo · s. exēplo passionis · cōtritōnis · ploratōis Prīo exēplo passiōis xp̄i · Nā ꝯsideratō passiōis xp̄i cāt tristiciā iq̄ntū q̄s cōsiderat culpā suā ꝑt̄ quā xp̄s ē passus. Silr̄ consideratō passionis xp̄i cāt leticiā · & hoc ꝑt̄ dīnā gr̄az & mīam & benignitatē q̄ nobis puenit ex ea · ita q̄ meditatō passionis xp̄i · ꝑt̄ vnā cām cōtristat · & ꝑt̄ aliā cām delectat vtz. Scđo hoc pbo exēplo cōtritōnis interioris. Nā deuotō p̄cipue cōsistit in interiori sacrificio spūs · Psal. Sacrificiū deo spūs cōtribulatus . Spūs aūt ex vna pte cōtribulat̄ ꝑt̄ defectus p̄ntis vite · ex alia vo pte delectat̄ ex cōsideratōe dīne bonitatis · & ex spe dīni auxilij · vñ cōtritꝰ ht̄ insimul & tristiciā ex ꝯsideratōne culpe · & leticiā ex ꝯsideratōne dīne mie. Ita q̄ simul & semel ille q̄ ē cōtritꝰ & dolet & gaudet fm aug? · vtz sup̄. Cōtritō. Et infra pnia. Tercō hoc idem oñdo exēplo ploratōnis. Nā lacrie p̄supūt simul ex tristicia & leticia & ex q̄dā teneritudine affectꝰ cuiꝰ? cōtristabilis fit̄ solēt hoīes lacrimari ex pietatis affectu cum recupant filios vel caros suos q̄s estimauerūt se pdidisse. Et p hūc modū lacrime ex deuotōne p̄cedūt. Patz igit̄ ex p̄missis · q̄ deuotō cāt & tristiciā & leticiā & econnerso. Vñ in collecta dr̄. q̄s ieiunia votiua ostringāt · ipa q̄ deuotio sācta letificet · Dec bea. tho. scđa scđe · q · lxxxij · arti · mj · Vtꝝ leticia sit effectꝰ deuotōis · ar cōtra & in coꝝ · q · & in solu · argu ·

¶ Q̄ deus dilexit creaturas eternaliter. ¶ Ca · j ·

Dilectō ¶ Circa dilectionem est notandum · q̄ quadruplex ē dilectio · Prima ē dilectō dei ad creaturas · Scđa ē dilectō hominis ad deū · Tercia ē dilectō hominis ad seip̄m. Quarta ē dilectō hoīs ad p̄ximū · ¶ Prima ē dilectō dei ad creaturas · Vbi nota · q̄ q̄nq̄ modis deus dilexit & diligit craturas · s. eternaliter · generaliter · causaliter · meq̄liter · spāliter · ¶ Primo dico · q̄ deus dilexit creaturas eternaliter · qđ triplicit̄ pbo · Primo autoritate apos · ad ro · ix · Cū em̄ nōdū nati eēnt aut aliq̄d egissent bōi · dixit deꝰ malach̄ · j · iacob dilexi · esau odio habui · Si aūt q̄ris q̄re potiꝰ dilexit & elegit iacob q̄ esau · Rn̄deo & dico · q̄ n̄ p̄t̄ dici q̄ p̄ pter merita p̄cedētia · q̄a nōdū erāt · nec ꝑt̄ merita sequētia · q̄a sic tpale esset causa eterni · quod ē ipossibile · g̈ q̄re dilexit & elegit iacob rō ē · q̄a sic voluit · Et si q̄ris q̄re voluit · Rn̄deo & dico · q̄ nl̄la cā vel rō p̄t̄ assig̈ri dīne volūtatis ¶ Scz cōtra

Hiero ·dicit· ꝙ deus nihil facit ꝙa vult ·sed ꝙa ratio est sic fieri. Rñdeo & dico· ꝙ sensus est· deus nihil facit sine cā rōnabili· ꝙa ꝛolūtas ei9 ē cā rōnabilis oīm opm eius. ¶ Scđo ꝙ deus eternaliter dilexit creaturas ꝓbo rōne· sic· Amor bonī se ꝙtur cognitionem bonī· sed deus ab eterno cognouit omnia· g̊ eternaliť dilexit oīa· Et cōfirmo hāc rōnem· sic· De nō sciēte ab eterno nō potuit deus fieri sciēs· g̊ similiter de nō diligēte ab eterno nō potuit fieri diligēs· ¶ Tercio hoc idē ꝓbo distinctione· sic· Deum diligere creaturam potest intelligi dupliciter· Primo sic· deum diligē creaturam est deū diligere creaturam in seipō· & hoc modo eternaliter deus creaturā dilexit· licet eñ creatura in seipsa vel in ꝑrio eē nō fuerit ab eterno· fuit tñ ab eterno in deo· & eo modo quo creatura fuit· deus dilexit· Scđo modo· sic· Deū diligere creaturā est deū diligere se in creatura vel creaturam diligere in seipā· & talis dilectio ex tempe ē· Secū do ꝓbo hoc idem alia distinctōne· sic· Diligere dei pť dupliciter accipi· Vno modo por actu interiori & sic diligere dei idem ē qđ velle bonū alicui· & talis dilectio pť esse eterna· Alio modo pť accipi diligere dei ꝑ actu exteriori· vñ diligē dei idem est qđ impendere bñficia alteri· & tale notat effectū ī creatura· & sic ē tpale· Est ergo duplex dei dilectio· scz affect9 & effect9· dilectio affect9 deo cōuenit ab eterno· dilectō effect9 conuenit deo ex tpe· Hec bt̄us tho· tercio scri· sen· di· xxxij· arti· mj· Vtr̄ deus ab eterno dilexit creaturas· in argumētis ↄtrarijs· Et itez ꝑma pte sum· q· xx· arti· ij· Vtr̄ deus amet omnia· in so· ij· ar· Et dñs ambaldus de roma tercio scri· sen· vbi sup̄· Et alex· ꝑma pte sum· q· xxxij· arti· mj· qđ sit dictu deū diligere creaturas· in cor· q· Re· sup̄· amor· &c̄·

¶ Qr deꝰ diligit creaturas generaliter· Ca· ij·

Secūdo deus diligit creaturas generaliť· qđ dupliciter probo· ¶ Primo autoritate sap̄· xj· Diliges oīa que sunt· ¶ Scđo hoc idem ꝓbo triplici rōne· scz rōne efficacie· noticie· prudētie· Primo rōne efficacie· sic· Diuin9 amor fuit causa q̄re deus res fecit· vt dicit dyonisi9 q̄to· c· de diuinis nomīb· sed deus fecit omnia· g̊ deus generaliť diligit oīa tanq̄ artifex opus suum· Scđo hoc idē ꝓbo rōne noticie· sic· Amor bonī seq̄ť cognitionē bonī· sed deus cognoscit omnia g̊ generaliter diligit oīa· Tercio hoc idem ꝓbo rōne prudentie· sic· Amor diu9 mouet superiora in prudētiā īferiora· vt dyonisi9 dicit· mj· c· de diuinis nominib· sed deꝰ de oīb9 prudentiā habet· g̊ oīa generaliť diligit· Hec bt̄s tho· mj· scri· sen· di· xxxij· arti· ij· Vtr̄ deꝰ diligat omnē creaturam· Et itez ꝑma pte· sū· q· xx· arti· ij· Vtrum deus oīa amet· Re· sup̄· amor dei ad creaturas· j· ca·

¶ Tercō deꝰ diligit omnia vtualiť id ē causaliť· Nam hec est dīa mt̄ amorē nr̄m & amorē dīnum ꝙa amor nr̄ nō ē causa bonitatis rerū sed causatur a bonitate rerū· Verbigrā· Nō eñ quia res diligim9 ideo sūt bone· sed ecōuerso· ꝙa sūt bone ideo diligim9 eas· sed amor diuin9 nō causať a bonitate rez· imo causat bonitatē in rebꝰ· nō eñ ꝙa creature sūt bone ideo deꝰ diligit· sed ecōuerso· quia deꝰ diligit creaturas ideo sunt bone· vt dicit beatho· ꝑma pte sū· q· xx· ārti· ij· Vtr̄ deꝰ amet oīa in cor· q· Re· sup̄ amor dīn9 in vndecim ca· de effectibꝰ dīni amoris· Et sup̄ amor dei ad creaturas mj· ca· ¶ Qr deus diligit creaturas meq̄liť quia meliora magis diligit· ¶ Ca· mj·

Quarto deus diligit creaturas meq̄liť· nam meliora deus plus diligit· quod triplicit ꝓbo· scz distinctōne· rōne· & autoritate· ¶ Primo ꝓbo distinctione· Nā dilectio dei potest dici vel intelligi maior vel minor duobꝰ modis· Vno modo ex pte affect9 vel volūtatis· & sic deꝰ oīa eq̄liť diligit· s· vna simplicissima volūtate in q̄ nō ē dare magis vel min9· Alio modo ex pte effect9· & sic nō oīa diligit eq̄liter· sed illud magis diligit cui vult maius bonū· & ex hoc habet maiorem effectū ī illo quia voluntas ei9 est causa rez·· ¶ Scđo hoc idē ꝓbo triplici ratōne· Prima est talis· Amor est bonī· g̊ maioris bonī ē maior amor· & sic deꝰ maius bonū amat magis· Scđa rō est talis· Finis magis diligiť q̄ id qđ est ad finem· sed ipe deus ē finis ommium· g̊ ipe deus magis diligit se q̄ alia· & inter alia magis vnū q̄ aliud· s· q̄nto est ꝑquius deo· Tercia rō ē talis· Illud ꝑť quod aliqđ diligiť magis diligiť· sed deus oīa fecit ꝑť se· & oīa diligit ꝑť se· puer· xvj· Vniuersa ꝑť semetipm operat9 est dñs g̊ oīa diligit ꝑť se· & sic magis diligit se· ¶ Tercō hoc idē ꝓbo autoritate augus· sup̄· io· sic dicentis· Oīa diligit deus que fecit· & inter ea magis diligit creaturas rōnales· & de illis ea ampli9 diligit q̄ sunt mēbra filij sui· & multo magis ipm vnigenitū suū· Hec bea· tho· mj· scri sen· di· xxxij· arti· mj· Vtr̄ deꝰ oīa eq̄liť amet· Et itez ꝑma pte sū· q· xx· arti· mj· Vtr̄ deꝰ amet oīa eq̄liť· Re· sup̄ amor dei ad creaturas q̄rto ca·

¶ Qr deus ex pte effectus magis diligit aliquas creaturas· ¶ Capi· mj·

Vinto deus dilexit & diligit creaturas specialiter non ex pte affectus sed ex pte effectus· hoc aūt in quatuor creaturis rationalibꝰ vel quatuor exemplis ꝓbo· ¶ Primo in natura angelica vel hūana· Nā quo ad aliqđ deus magis diligit angelū q̄ hoīnē· & hoc rōne maioris cōueniētie in natura· Et formo sic rōnē· Assimilatō ē causa dilectōnis· g̊ vbi ē maior assimilatio ibi ē maior dilectō· sed in angelo ē maior cōuenientia vel assimilatō cū deo· g̊ &c̄· Scđo dico· ꝙ deus hoīnē specialiꝰ diligit· & hoc rōne vnionis· sic· Vbi maior ē effectus dilectionis ibi est maior dilectō· sed in hoīe ē maior effect9 dīne dilectōnis· qđ ptz· quia ipa vnio vbi dei fuit sūmū

beneficiū hūane nature collatū · g̃ maior fuit dilectio dei ad hoīem q̃ ad angelū. Secundo modo ꝯsiderādo angelū & hoīem q̃ntū ad naturam · sic deus plus diligit angelū q̃ hoīem · q̃a naturā nobiliorem & pfectiorem dedit angelo q̃ homini · Sed q̃ntū ad gr̃az & gloriā de? aliq̃n eq̃lit vtrūq; diligit. ſ. cū angel? & hō in gr̃a vel gloria sunt eq̃les. Aliq̃n vnū pl? vl̃ min? alio diligit · ſm q̃ p̄ gr̃a & gloria se excedit · Dec alex · p̄ma pte sū · q · xxxm̄ · arti · p̄mo · Vtr̄ de? plus diligat angelos q̃ hoīes vel ecōuerso · in corr · q · ¶ Scdo oñdo hoc idem in p̄scito nūc iusto · & i p̄destīato nūc pctore · Nā deus scd̄m quid · ſ · pro nūc plus diligit p̄scitum iustū q̃m p̄destinatum pctorē · Cui? rō est · q̃a in p̄scito nūc iusto ē duplex bonū · & nature · & gr̃e · ita q̃ nihil ē in eo qd̄ deus odiat · In p̄destinato autem pctore est tm̄ bonū nature qđ de? diligit · sz ē ibi malū culpe vel nō bonū gr̃e qđ deus odit · Sed loquēdo simplicit̄ & absolute deus plus diligit p̄destinatum nūc pctorē q̃ p̄scitū nūc iustū · Cui? rō est · q̃a bonū p̄destinatū nō est bonū vt nūc · sed bonū simplicit̄ · & ideo simciplit̄ & absolute a deo magis diligit̄ · Dec alex · p̄a pte sū · q · xxxm̄ · ārti · scd̄o · Vtr̄ inter hoīes deus diligat plus p̄scitū qui ē in p̄nti iustus · q̃ p̄destinatum nūc existētem pctorem · in corpe · q · ¶ Tercio hoc idem oñdo i innocente & penitente · q̃a simpliciter & absolute deus plus diligit innocētem q̃ penitentem · eo q̃ status innocētis ē simpliciter melior q̃m status penitentis · Cui? rō ē · q̃a bonū diuturnius ē magis eligibile & diligibile bono ñ diuturno · sz bonū gr̃e est diuturnius iniusto qui nūq̃ peccauit sed semp in bono pseuerauit · q̃ i penitēte qui aliq̃ndo cecidit · g̃ &c̄. Sed ſm quid de? aliq̃n plus diligit penitētem q̃ iustū · q̃a plerumq; cōtingit q̃ peccatores conuersi plus feruent in bono q̃ qui semper steterūt · vt patet p exemplū de igne · Quia si apponat̄ in illum a qua & ipe eā superet magis postea feruet q̃ pus · vñ quo ad hoc melior ē iste penitēs q̃ ille iustus inocēs & magis a deo diligit̄ · Sz si pares essent in hoc & in alijs p̄ter q̃ in hoc q̃ iste ē penitēs ille iust? · dicim? q̃ iustus p̄pomit̄ penitēti · Dec alexā · ibidē articulo · m̄ · in cor · q · ¶ Quarto hoc idem oñdo p exemplū de petro & iohe · Ex vna em̄ pte videt̄ q̃ deus magis diligat magis diligētes se · qđ ptz · q̃a si simplicit̄ ad simplicit̄ & magis ad magis · sed de? diligit diligētes se vt dicit ipe puer · vm̄ · Ego diligētes me diligo g̃ magis diligētes me magis diligo · Ex alia vero pte videtur oppositum de petrō & iohe · quia petr? plus dilexit christum · qđ sciens ipe dixit ei · diligis me plus hijs · Jo · xxi · Johannes vero q̃ minus dilexit christum magis fuit dilect? a christo Johis · xxi · Dic est discipul? ille quem diligebat ihesus · Rñdeo & dico · q̃ christus plus diligit plus diligentes se · Cui? rō est · q̃a hoc esset culpā dū in hoīe q̃ magis diligētes se min? diligēt & econuerso g̃ hoc nō ē in deo in quo non est aliquid culpabile vel reprehensibile · Scd̄m vo quid vel quo ad aliqd deus magis diligit min? diligētes se · vtr̄ de petro & iohe · Dec alex ibidē · arti · m̄ · Vtr̄ necesse sit de cōgruo q̃ deus plus diligat plus diligētes eū in cor · q · Re · sup̄ amor dei. ¶ Q̃ deus est a nobis diligendus sine medio hoīs. ¶ Ca · v ·

Secunda dilectō ē dilectō hominis ad deum · Vbi nota · q̃ deus a nobis q̃druplicit̄ ē diligēdus · videlicz sic · sine medio · sine modo · sine termino · sine respectu a deo alio · ¶ Primo a nobis deus ē diligēdus sine medio · hoc aūt pbo triplici rōne · scz rōne motuū · modi · termini · Primo rōne motuū · sic · Rō dilectōis ē mediū diligēdi · sed rō diuine dilectōis nō sunt creature · imo ecōuerso magis deus ē rō q̃re diligam? creaturas · g̃ deus immediate p suā eēntiam a nobis amari dr̄ · Scd̄o hoc idē pbo rōne modi · Aliter em̄ se habet in intellectu & aliter in appetitu · q̃a act? intellect? pficit̄ p hoc q̃ cognitū vel intellectū ē in intellectu · & q̃a intellect? nr̄ vt ē in statu vie versat̄ circa fantasmata · ideo non p̄t habere cognitōnē illoꝝ q̃ nō hñt fantasmata · Et hec est causa q̃re in statu vie immediate videre deum est impossibile · q̃a nec sub fantasia nec sub sensu cadit mediantibo quibo intellect? noster cognoscit · Sed act? appetit? pficit̄ p hoc q̃ appetit? nr̄ inclinat̄ in rē ipam · & ideo immediate tendit in ipsum · Tercō hoc idem pbo rōne termini · sic · Vbi cognitō tendit in illo dilectio incipit · Verbigrā · Cognitō nr̄a in statu vie a creaturis incipit · & q̃a non q̃scit in rebo creatis · ideo nr̄a cognitio in deū tendit · Dilectio vero a deo incipit sic̄ ab vltimo fine & deriuat̄ in creaturas · Ita q̃ in statu vie p̄mo cognoscimus creaturas · & ex cognitōne creaturaꝝ in quibo nostra cognitio non q̃scit tendim? in cognitionē dei · Sz in diligē ē ecōuerso · quia p̄mo immediate diligim? deum · alia vo diligim? ꝓpt̄ deū · Et cōfirmo hoc idē alia ratione · sic · Cognoscere deū in se & p aliud non ē cognitō vni? rōis sed alteri? & alteri? · Et ideo sic̄ in p̄zia cogscim? ita deū p se & imed ate q̃ ñ p aliud · ita in via cognoscim? deum p alia tantū sicut causā per effectum aut per modum eminentie aut negationis · vt dyonisius dicit libro de diuinis nominibo · nunq̃ tamē p se & immediate · vt patet · Amor aūt dei in patria & in via est vnius rationis · differt tamen per magis & minus · & ideo sicut in patria amabimus deum immediate · ita etiam in via debemus amare immediate · ¶ Sed forte argues in oppositum · scz q̃ non possumus hic immediate deum amare tali ratione · Qui non potest quod minus est · non potest quod maius est · sed maius ē in statu vie amare deum q̃ cognoscē deū eo q̃ amor transformat amantem in deum · vt dicit apostolus prime ad chorintheos sexto · Qui adheret deo per amorem vnus spiritus cū illo ē ·

& augus. dicit · q̄ caritas intrat vbi scientia foris stat · sed hō non potest deū immediate cognoscē · g̃ multo mi9 amare · Rñdeo duobꝫ modis · Primo q̄ q̄a dilectio dei in statu vie est maius aliquid & nobili9 cognitione dei · ideo p̄supponit ipam cogni tōnē dei · oportet em̄ q̄ amor sit cogniti aliq̄liť · q̄a non diligiť bonum nisi cognitū · sed non oportet q̄ sit amor boni cogniti & visi in se · vñ illud qđ cognoscitť in alio p̄t in seipso amari · nā cognitio est p̄ncipiū dilectōnis · & dilectō ē termin9 cognitionis · Secdo vo rñdeo & dico · q̄ in cognoscēdo & diligēdo deū est circulatio quedam mq̄ntū intel lect9 noster p̄mo cognoscit creaturas q̄ deum · & q̄a eius cognitio non quiescit in creaturis · ideo p cognitionē creaturaꝝ tendit in deum in quo dile ctō incipit & derivatť ad creaturas · vt patet supra · Hec bt̄us tho · tercio scrip · sen · di · xxvij · de actu caritatis · arti · j · Vtꝝ deū immediate p suā eētiā possitq̄s amare · in duobꝫ argumētis otrariꝫ & i cor · q & i so · p̄m & ij · ar · Et scđa scđe · q · xxvij · arti · mj · ar · otra · in cor · q · & i so · j · & ij · ar ·

¶ Qꝝ nos debē9 deū diligē sine mō & q̄re · Ca · vj ·

Secūdo deus a nobis diligendus est sine modo & sine mensura aliqua quod qua drupliciter probo · ¶ Primo autoritate bern · in libro de diligēdo deum sit dicentis · Causa diligendi deum deus est · modus sine mdo diligē · ¶ Secdo hoc idē̄ pbo rōne · sic · Dilectio cū sit bo ni mensurať ꝑm bonitatē diligibilis · sed dīna boni tas ē immensa · g̃ dilectio ipi9 modū id est mensu rā nō hē · Et confirmo hoc idem alia rōne · sic · Appe titus rei ex amore rei causať · sꝫ appetit9 eoꝝ q̄ sūt ad finē est finit9 ꝑm ordinē ad finē · appetit9 vero finis ē infinit9 · g̃ & amor est infinit9 · cū g̃ de9 sit vltim9 finis · g̃ appetit9 ei9 & dilectio ei9 mēsurā nō hnt · ¶ Tercō hoc idē̄ pbo similitudīe · sic · Sa nitas ē finis medici · medicina ē vt ad finē · vñ me dicus non ponit mensurā aliq̄m in sanitate · sed fa cit eam q̄ntumcūq̄s potest magnam · sed medicine imponit mēsurā ꝑm q̄ expedit sanitati · a qua si defi ceret esset inconveniens medicina · Sic a simili finis oīs affectōnis hūane est dilectio dei p quā cōiun gimur deo · & in dilectione dei non potest accipi modus vel mensura sicut in re mensurata vt sit in ea accipe plus · in dilectione aūt hominis & alia creaturaꝝ sicut potest aliquis deficē a mēsura cuz non diligit q̄ntū debet · ita p̄t excedere mensuram cū diligit plus q̄ debet · ¶ Quarto hoc idē̄ pbo di stinctione · Vbi nota · q̄ caritas duplicē actū hť scz exteriorē & interiorē · Vnus actus caritatis ē exterior · qui consistit in effectu · & talis hť modū q̄a potest homo se nimis affligē i seruicio dei · Alius actus caritatis est interior i affectu · & hic nō hť modū · q̄a mēsurā accipit ex rōe obiecti mouen tis cui9 bonitas est infinita · & ideo non p̄t hō deum nimis diligere · Ratio aūt hui9 est · quia alis ter se habet in mensuratis · & aliter in mensura ·

Nam mensurata habent modum in ordine ad mē suram · sub quo ordine non est accipere plus vel minus · vtz in medicina & sanitate & similibꝫ · In mensura aūt nō p̄t esse excessus · sed q̄nto plus re gula vel mensura attingiť · tanto melius id est p fecti9 est mensuratū · Vñ augus · in libro de mo ribꝫ ecclesie sic ait · Dic mihi quis sit mihi mod9 diligendi deū · Rñdet ipse & dicit · q̄ modus di ligendi deū est vt ex toto corde diligať · id est vt diligať q̄ntū p̄t diligi · & hoc ptinet ad modū q̄ cōuenit mēsure · quia ipe ē p̄ma mēsura vel p̄ma re gula ommū · & ita q̄nto plus diligiť · tāto ē dile ctō melior · Hec bea · tho · nj · scrip · sen · di · xxvij · de actu caritatis · arti · vnj · Vtꝝ dilectō qua deū diligimus habeat modū · in argumentis otrariꝫ & in cor · q · Et itez scđa scđe · q · xxvij · arti · vj · Vtꝝ diuine dilectōnis sit aliq̄s mod9 · ar · cōtra · & in cor · q · & in solu · argumētoꝝ · ¶ Qꝝ deū debe mus diligere sine termino & quare · ¶ Ca · vij ·

Tercio deus est a nobis diligendus sine termino · Nam fides in p̄ria euacuabiť · & cessabit spes · caritas aūt n euacuabiť · ¶ Dico g̃ · q̄ fides non erit semp sed in p̄ria eua cuabiť & cessabit · quod pbo duplici rōne · Pria est talis · Fides est nō apparentiū · sed in p̄ria ad uemēte gloria nihil erit nō apparēs eoꝝ quoꝝ iaz est fides · g̃ fides nō erit · Secda rō ē talis · Mod9 fidei impfectionē & obscuritatem importat · eo q̄ eius modus cognitionis in speculo & in enigmate cōsistit · sed aduemēte gloria nec speculū nec enig ma neq̄s p̄ consequēs aliq̄ impfectō erit · g̃ &c̄ · Hec bea · tho · nj · scrip · sen · di · xj · arti · j · q · j · Vtruz fides euacueť aduemēte gloria · vbi dicit · q̄ act9 fidei q̄ ē ipsa cognitio remanebit in p̄ria · modus vero fidei q̄ ē impfectōnis scz cognoscere cū specu lo & enigmate euacuabiť · in argumētis cōtrariꝫ & in corpore · q · ¶ Secdo dico q̄ spes in p̄ria non erit · quod dupliciter pbo · Pria autoritate apos · ad ro · vnj · sic dicētis · Quod videt q̄s q̄d sperat · q̄ si dicat nullus · Secdo hoc idē̄ pbo rōe · sic · Spes est certa expectatio future beatitudinis · sed beati tudo in p̄ria iaz erit p̄ns & nō futura · g̃ &c̄ · Hec bea · tho · vbi sup̄ immē · āti · j · q · ij · Vtꝝ spes eua cueť in argumentis cōtra · & in cor · q · ¶ Tercio dico · q̄ caritas non euacuabiť · qđ duplicit pbo · Pria rōne sic · Presentia amati non tollit amorē sed auget · caritas aūt ē amor dei · g̃ qñ deū p̄ntē videbim9 nō tolleť caritas sed magis augebiť · Secdo hoc idē̄ pbo autoritate · apos · p̄me ad cor · xnj · sic dicētis · Caritas nūq̄ excidit · Vbi no ta · q̄ eadē caritas numero hic & in p̄ria remane bit · Cui9 rō ē · q̄a caritas in via & in p̄ria p obie cto vna & eadē rē habet · s · ipm deū · tñ mod9 ca ritatis qui ē in via in p̄ria pficieť · quod tali simi litudine pbo · Quia sic idē̄ numero est hō qui p̄us erat puer q̄ tñ p augmētū pficieť & fit vir · Simi liť eadē ē nūero albedo remissa & intēsa · & tamē

albedo remissa per intensionē pficitur · Sic eadē ē numero caritas quo ad eēntiā in via & in pria · tñ modus impfect? in via qui est nō semp actua liter ferri in deū · vel qui nō est habiti vel nō visi ī patria pficiet. ¶ Sed forte queres · Vtr caritas vie tm̄ augeri possit vt possit venire ad equalitatē caritatis patrie · Respondeo & dico · q̄ non · & hoc ꝓpter dr̄az que ē ex pte cause caritatis · Nā visio ē causa amoris · vt dr̄ · ix · ethicor̄ · Dei aūt q̄nto pfecti? cognoscit tāto pfecti? amat · vñ q̄a nō potest ita pfecte cognosci hic vt in pria · iō nūq̄ ita pfecte pt̄ hic diligi sic ī pria · Dec · b · t · scda scde q · xxvj · arti · xmj · Vtrum ordo caritatis maneat post hāc vitā ar · otra · & ī cor · q · & ī so · ij · & mj · ar · Et tercio scri · sen · di · mj · arti · ij · Vtr caritas eua cuet ī pria in duobo argu · otrarijs · & in cor · q · ¶ Q̄ deū debem? diligē sine respectu. ¶ Ca · vmj ¶

Quarto deus a nobis est diligne dus sine respectu a deo vel a dei fruitōe alio · Vbi nota · q̄ de? aliq̄n ꝓpter seipm̄ solū ē amā dus · aliquādo ꝓpter aliud est amādus: ¶ Primo dico · q̄ de? ꝓpt̄ seipm̄ est amandus · & hoc ꝓpter q̄tuor causas q̄s hec ꝓpositō ꝓpt̄ dicit. Primo em̄ ꝓpt̄ dicit causam finalem. sicut diligim? medicū ꝓpt̄ sanitatē . & hoc mō diligim? deū ꝓpter se . scz ꝓpter causam finalem · q̄a de? nō ordinat̄ ad aliud sicut ad finē · sz ipe est oīm vltim? finis · Secūdo ꝓpter dicit causam formalē · sicut diligim? hominem propter vtutem · & hoc modo diligimus deuz propter seipm̄ · quia ipe non informat̄ aliquo alio ad hoc q̄ sit bon? · sz eius substātia ē ei? bonitas · Tercio ꝓpt̄ dicit cām efficientem sic diligim? alios q̄s imq̄ntū sūt filij talis pris · & hoc mō diligimus deū propter seipm̄ imq̄ntū bonitas eius nō inest ei ab altero . sz ab ipo inest omnibo alijs · nam oīa bona alia exemplariter efficiēt & finaliter sūt a deo · Quarto hec ꝓpositio ꝓpter dicit dispositionē materialem . & hoc mō deū diligim? ꝓpt̄ aliud · nā ex aliquibo alijs disponimur ad hoc q̄ in dei dilectōe veniam? & pficiam? · puta p bñficia ab eo susceptа vel p ꝑmia sperata vel p supplicia vel penas q̄s p ipsū vitare intendim? · Dec bt̄us tho · scda scde · q · xxvij · arti · mj · Vtr de? sit ꝓpt̄ se amādus · in cor · q · ¶ Sed forte q̄res · vtr in amore vl̄ in dilectōe dei possit hāri respect? ad aliq̄ mercedē · Rñ deo & dico · q̄ merces ꝓprie ꝑmiū dr̄ q̄d q̄s ex opere suo vl̄ labore meret̄ · ita q̄ merces vel ꝑmiū est finis opis vel laboris · Ponere ergo mercedē vel premiū finē pt̄ duplicit̄ intelligi · s · finē amoris · vl̄ finē amati · Primo em̄ ille qui amore caritatis deū diligit nō pt̄ · hāre oculū ad mercedē vt ponat aliq̄d ꝑmiū finem amati scz dei · q̄a hoc esset cōtra caritatē vt caritas est amicicia q̄dam · Cui? rō est · q̄a amicicia diligit amicū ꝓpt̄ seipm & non ꝓpt̄ q̄dcūq̄ aliud · Similit̄ q̄ amore caritatis deū diligit ñ pt̄ hāre oculū ad aliq̄d bonū tēpale vt ponat ipsū premiū vl̄ mercedē amoris · q̄a hoc ē cōtra rōnē caritatis vt est vtus · & ꝓpter hoc mercenari? vitupat̄ · Jo · x · vbi dr̄ · q̄ mercenari? ē q̄ op? spūale ꝓpter mercedē tpalem exercet · pt̄ tñ qui deum ex caritate diligit hāre oculū ad mercedē vt ponat bītudinē finē amoris · nō aūt finē amati · hoc em̄ nec ē cōtra rōnē amicicie neq̄ cōtra rōnē virtutis cū bītudo sit finis vtutū · ¶ Sed forte argues ī oppositū autoritate augus · qui dicit · q̄ deo licz sine ꝑmio fruiri nō possit · tñ sine intuitu ꝑmij fruendū ē · sed ꝑmiū nihil aliud ē q̄ merces laboris · g̃ sine respectu mercedis deo ē fruiendum · Rñdeo q̄tuor modis · Primo q̄ sine intuitu ꝑmij fruendū est deo · ita q̄ ꝑmiū non ponat̄ finis ei? qđ amat̄ & cui fruit̄ · sed q̄ ponat̄ finis illius fruicij vel amoris vtz sup̄. Secdo modo rñdeo & dico · q̄ facē aliquid ꝓpter aliq̄d tpale facit actū mercenariū · & ideo merito vituperat̄ · nō aūt facē ꝓpt̄ remunerationē eternā · Tercio mō rñdeo & dico · q̄ act? mercenari? dr̄ qui fit ꝓpter mercedē · nō aūt qui est circa mercedē · Quarto modo rñdeo & dico · q̄ spes nō expectat remunerationē eternā imq̄ntum est merces · sed imq̄ntū ē quoddā sūmū arduū · hoc ē deū hāre p ꝑncipali obiecto · Dec bea · tho · tercō scri · sen · di · xxvj · de spe · ārti · j · Vtr spes sit vt? · in so · v · ar · Et itez ibidē di · xxix · ārti · mj · Vtr in dilectione dei possit hāri respect? ad aliquā mercedē imq̄ · cor · q · & in solu · argu ·

¶ Q̄ in p̄cepto dilectionis dei ꝑmo tāgit actum meritorium · ¶ Capitulū · ix · ¶

Quia pfectō spūalis vite ꝑncipaliter ī dilectione dei consistit · vtz sup̄ caritas · vij · ca · & infra p̄latō · iō dns dilectionē ꝑncipaliter p̄cipit math̄ · xxij · dicēs · Diliges dnm deū tuū ex toto corde tuo ex tota aīa tua & ex tota mēte tua · ¶ In q̄ p̄cepto dns tangit tria · s · prio actū meritoriū cū dicit · diliges · scdo obiectū glorioſū cū dicit · dnm deū tuū · tercio modū nccīū vel fructuosū cū addit · ex toto corde tuo &c̄ · ¶ Primo tāgit vel p̄cipit actū meritoriū cū dicit · diliges · ñ em̄ cognosces dicit · neq̄ timeas neq̄ diligaris · sed diliges &c̄ · Prio em̄ nō dixit cognosces deuz · sed diliges deū · Cui? rō ē · q̄a in via melius ē diligē deū q̄ cognoscē · Hāc rōnē assignat · chrisō · ibidē dicēs · Vide q̄a ñ dixit cognosces deū sed diliges · qm̄ cognoscē vnū deū pene ꝓprie ē hūane nature · diligere aūt eū ē religiosi cordis & recti · Re · sup̄ amor de effectibo diuini amoris · j · ca · q̄ diuinus amor cāt in aīa vnionē intimā · Et ibidē · mj · ca · q̄ diuin? amor cāt pfectōnē maximā · Secdo non dixit · timeas sed diliges ꝓpt̄ q̄tuor rōes q̄s assigt chrisō · ibidē · Tercō nō dixit diligaris a deo sed diliges · eo q̄ rō amoris cōsistit in amore · g̃ dixit · diliges · ¶ Rō aūt q̄re ꝑus dedit p̄ceptū de amore q̄ de aliis ē q̄druplex · Pria ē ꝓpt̄ facilitatē · q̄a nihil ē tā facile & libez & tā ī pōtate hoīs sic amare · Vñ nēo pt̄ se excusare de mādato amoris · Secda ē ꝓpt̄ suauitatē · quia amor reddit omnia suauia ·

Bern. Amãti nihil est difficile. Matth. xj. Jugũ meũ suaue est & onꝰ meũ leue. si ḡ tm̃ allicit illicitus amor mũdi. ḡ plus amor dei. Tercia est ꝓpter ḡtiositatẽ. qa amor oia opa reddit ḡtuita. Deus aũt non vult fortia coacte. qa nõ sunt meritoria sz̄ ḡtuita quod facit amor. Prime ad cor. xiij. Si distribuero oẽs facultates &c̃. Quarta ē ꝑt̃ vtuositatẽ. Est em̃ amor vtus & pondꝰ sursum erigens aiam ad dina. ecõtrario amor mundi. Augꝰ. Amor meus pondus meũ. Crisꝰ. Diliges imqt non time. quia diligẽ magis est ꝙ timere. Et hoc ꝑpter q̃tuor rões. Prima est. qa timere est fuor. diligẽ vo filior. Secunda est. qa timor sub necitate est. dilectio vo in libertate. Tercia ē. qa timor penam habet. dilectio vero nõ sentit penam sz̄ gaudiũ & leticiam. Quarta rõ ē. qa qui i timore fuit deo penã q̃dam euadit. mercedẽ vo iustricie nõ habz. qa imutꝰ facit hc nũ ꝑpter timorẽ. Non vult ḡ dns vt timeat q̃si dns. sed magis vt diligat vt pr̃ qui ad optionis spm̃ donauit hominibo. Has rões assignat chrisꝰ. sup matth. ibidẽ.

¶ Vt iõ dic̃ diliges duplici rõe. Prima rõ q̃re dicit diliges nõ diligaris ē ad oñdẽdũ. ꝙ actꝰ amicicie vel caritatis osistit i amare ñ i amari. vtz sup amicicia. scda di. xj. ca. Re. ibi. Secda ratõ est ad oñdendũ. ꝙ deus diligẽtes se diligit. vt patet sup. amor de effectibo diuini amoris. xiij. ca. Vbi dr̃ ꝙ amor diuinus causat vnionẽ mutuã. quod ꝓbat canticor. ij. Dilectus meus mihi & ego illi. Re. expositõnẽ hui? ibidem i primcipio capituli. Et ꝑuerbior. viij. Ego diligẽtes me diligo. Re. sup. amor dei. c. xxxiij. vbi dr̃. ꝙ amor dei ad creaturas ē vtualis. Et sup. dilectõ dei. v. ca. quõ deus aliqs diligit & dilexit spāliter. Vbi tm̃ nota ꝙ amor dei erga nos ē prior & causa amoris nostri & nõ ecõuerso. vt ibidẽ patet.

¶ Et in ꝓcepto dilectõnis dei tangit obiectũ beatificũ & glorioſum. ¶ Capi. x.

Secũdo in ꝓcepto dilectionis tangit obiectũ beatificũ & gloriosum cũ subdit. dnm deum tuũ. ¶ In quo verbo oñdit. ꝙ deus est sup omnia diligend? . Et hoc triplici ratione. Primo ratione potentie qua creauit. cum dicit diliges dnm &c̃. Qui est creator ad ee. ꝛfuator i ee. recreator in bene esse. glorificator in optimo esse. Josue. xxiij. Diligentissime ꝓcauete vt diligatis dnm deũ vestrũ. ¶ Secundo mõ est sup oia diligẽd? rõne sapiẽtie. ideo dicit. deũ. deũ imqt diliges. Apos. ad ro. viij. Diligẽtibo deũ oia coopãt i bonũ. & merito. vt ptz ex tribo diffinitõibo dei. Prima est talis. Ded? est quo nihil melid? excogitari potest. Secda ē talis. Deus est amor q̃ plus habit? plus placet. Tercia est talis. Ded? ē cuius posse nõ numerat. cui? esse non clauditur. cuius bonitas non terminat. ¶ Tercio est sup oia diligendus rõe gratie siue vel beniuolentie. ideo dicit. tuum. In ps. Ipse est dns ded? noster. Deutero. xxx. Considera vt diligas dnm deũ tuũ. ¶ Si vero alit vis exponere dicas. sic. Primo em̃ dic̃. Diliges dnm deũ tuũ qui ē pncipium creationis & gubernationis creature. Secdo diliges deũ i q̃ est exẽplar dispositõnis & causa regiminis. Tercio diliges tuũ. in quo ē finis & cõsumatõ beatitudinis. Deutro. xxxij. Nunqd nõ ipe ē pr̃ tuus q̃ possedit te & fecit & creauit te. Re. infra. pr̃ nr. quot modis dns dicit noster. ¶ Tercio i ꝓcepto dilectionis dei dns tangit modũ ogruũ & fructuosum cũ addit. ex toto corde tuo &c̃. Vbi ꝓmittit integritatẽ & q̃ntitatẽ dilectionis dei cũ dicit. toto. Primo integritatẽ. Nã totum dr̃ illud cui nulla suarum ptium deest. vt dicit phus. v. methaphisice. Sic spũaliter in dilectione dei nulla subtractio vel diminutõ debet esse. Vñ sup illo vbo deutro. vj. diliges dnm deũ tuũ ex toto &c̃. glo. sic ait. Quia triplicis nature ē aia ideo iubet diligere triplicit. nõ vult deus amorem suũ ptiri vt simul diligamus deum & aurũ. vel vxorẽ vel filium. Nemo potest duobo dnis seruire. matth. vj. ipe sup omia ē diligẽdus. & ideo eius dilectõ prepomit cũ dr̃. Diliges dnm deũ tuũ ex toto cor de tuo &c̃. Secdo ꝓmittit q̃ntitatẽ vel magnitudinem dilectionis dei cũ dicit. ex toto. Nam totum & pfectum idem sũt penitus. vt dicit phus. vij. phisicor. ꝙ quod intelligit plenitudinẽ & perfectionẽ diuini amoris. Vñ sup illo vbo luce. x. diliges dnm deum ex toto corde &c̃. Basilius sic ait. In ceteris vero recipit sectõnẽ. Nã q̃ntũcũq̃ dilectionẽ in infimis expẽdis hoc tibi necio a toto deficiet. qd ꝙ exẽplũ oñdit dicẽs. Sic em̃ in vase aliquo pleno liquore q̃ntũ emanat foras. tm̃ necẽ ē plenitudini derogari. sic & in anima q̃ntũ emanauerit vel defecerit a dei dilectione & deflexerit ad illicita. tm̃ necessariũ ē minui dilectõnẽ dei. ¶ Prio ḡ determinat modũ dilectiõis dei cũ dicit. diliges dnm deũ tuũ &c̃. Vbi nota. ꝙ hoc ꝓceptũ diuersimode inuenit traditũ in diuersis locis qd ptz. Nã deutro. vj. ponũt tria. scz ex toto corde. ex tota anima. ex tota fortitudie. Matth. xxij. ponũt duo hor. scz ex toto corde. & ex tota anima. & omittit ex tota fortitudine. sed addit i tota mẽte tua. Marci. v. vero ponũt q̃tuor. scz ex toto corde. ex tota anima. ex tota mẽte. & ex tota vtute q̃ ē fortitudo. Luce vero. x. ponũt q̃tuor. scz ex toto corde. ex tota anima. & ex omni mẽte. vbi loco fortitudinis vel vtutis addit q̃rtũ. s. ex oibo viribo tuis. Rõ aũt q̃re alicubi aliqd hor omittit ē. qa vnũ ex aliis intelligit. Vt vbigrã. Hoc quod addit lucas scz ex omnibo viribo tuis. refert ad illa tria quasi modus. & in vnoqs intelligit. Et est sensus. diliges dnm deum tuum ex omnibo viribo tuis totius cordis totius aīe totius mentis. Precipit ḡ nobis modus dilectionis divine scz ꝙ diligamus deum ex toto corde. ex tota mẽte. ex tota aīa. ex tota fortitudine vel vtute

